NCIAL

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL
Sala Reservada
Número 32

Res.
32

En Logroño
1910.

T.t 16884
C1194353

R 375262

S. R. Tit 1 – Cap. 4

2 – 2

[illegible] Rodrigo vazquez

# Tractatus ſacerdotalis de ſa-
# cramẽtis deniq; dignis officiis
# ⁊ eoꝝ adminiſtrationibus val
# de vtilis ac perneceſſarius cun-
# ctis fidelibus ⁊ preſertim omni-
# bus eccleſiaſticis editus a reue-
# rendo et eximio Nicolao decre-
# torum doctore digniſſimo.

Casa Professa dela Compañia de Jesus

Medice cu=
ra teipſum. Luce.iiij.cap.
Sicut ait Gregoriꝰ prima parte ſui pa
ſtoralis.ca.ij. Quis aũt cogitationum
vulnera occultiora neſciat eſſe vulneri
bus viſcerũ. Nimirũ videtur medicũ
ſpũalẽ multo ſubtiliorẽ debere fore me
dico corporali: ꝙ vt bñ curet vitia mul=
ta peritia opꝰ habet: preſertim vt vim
pigmentorũ ſpũaliũ cõſiderãs priuſꝗ
ceteros curare deſideret: circunquaꝗ
regulas medicine cognoſcat. Alioqui
ſi artis ſpũalis iperitus ⁊ i ſeipſo igno
rantie confoſſus vulneribus alios me
deri properet: audire nõ immerito me
rebit᷑. medice cura teipſũ. Magna ꝗp=
pe ſtulticia eſt: vt idẽ ait Gregoriꝰ ſi ali
quis alios mederi ꝓperat qui ⁊ ipſe in
facie vulnꝰ portat. ⁊ maxima plane de
mentia eſt: vt inquit in paſtorali. ca.ij.
dũ hi qui nequaꝗ precepta ſpũalia co
gnouerũt cordis ſe medicos ꝓfiteri nõ
metuũt: dum qui pigmentorũ vim ne=
ſciunt videri medici carnis erubeſcũt.
Recte igit᷑ cuilibet taliũ dicit᷑. Medice
cura teipſũ. Quos igitur medicos cor
diũ appellare ad preſens melius cõue
nit ꝗ curatores animarũ. ipſos videli
cet rectores eccleſiarum quibꝰ ille the=
ſaurus eſt traditꝰ pro quo non parcet
deus pater qui proprio filio ſuo nõ pe=
percit: vt dicit᷑ ad Romanos viij. Qui
bus etiã ille vulneratꝰ qui incidit in la
trones curandus fouẽduſꝗ a ſamari=
tano relictꝰ eſt. Luce.x. Unicuiꝗ eni
ipſorũ dicit᷑. Curã illius habe. Et rur=
ſus deꝰ per prophetã. Cuſtodi virum
iſtũ qui ſi lapſus fuerit aĩa tua erit pro
aĩa ipſius. Porro dñs per Ezechielẽ.
iij.⁊.xxxiij.c. cõminat᷑ cuilibet curato=
ri dicẽs. Sanguinem eiꝰ de manu tua
requirã. quaſi dicat ꝙ vita ⁊ mors ſub
ditorũ poſita eſt in manus prelatorũ.
vnde dicit᷑ Judith.viij. Ex nobis pen=
det anima illorũ. Hac itaꝗ ſentẽtia cõ
monitus quiſꝗ prelatorũ ⁊ rectorum
penſet periculũ ſui regiminis: ⁊ artem
doctrinamꝗ diſcat ſpiritualis curatio
nis quatenus in ſe ignorantie curare
poſſit vulnera: ⁊ i ſubditorum cordibꝰ
per ſanam doctrinã ⁊ ſalubrẽ peniten=
tiam ſciat ſanare contagia delictorum
Ne (quod abſit) dũ ſanãdi regulas ne=
ſciat ⁊ ad ſanandũ cõmiſſos ſubditos
ſuſtinet iuſte ſibi obijci audiat de eiſ=
dem medice curat teipſũ. Recte nãꝗ
prelato ignorãti dicit᷑ vt prius in ſe ſuf=
ficientẽ artem curandi ſpũaliũ morbo
rũ habeat ꝗ amplaſtrũ ſanandis vul=
neribus adhibeat. Nã vt ait Gre. in re
giſ. Uerecundũ eſt ⁊ dicere pudet ꝙ ſa
cerdotes ducatũ arripiũt qui exordiũ
religioſe vite nõ nouerũt. Licet in qui
buſdam catholicis myſterijs ignoran
tia tollerãda foret: eo ꝙ in pleriſꝗ me=
lius eſt nephare ꝗ curare. In quibuſ=
dã etiam iuxta Auguſtinum i libro de
verbis dñi melius eſt fidelis ignoran=
tia ꝗ temerata ſcientia. In eccleſiaſti=
cis tñ miſterijs ordinandis diſponen=
diſꝗ omnino dãnabilis eſt. De quibꝰ
eſt illud verbum aplĩ.j.ad Corin.xiiij.
Si quis autẽ ignorat ignorabit᷑. Ordi
nis nãꝗ ignorantia quo videlicet ordi
ne quicquid agendũ eſt in eccleſia con
turbat negociorũ naturam formamꝗ
meritorũ. Nam ſtatutis facere iniuriã
vel cõtraire non eſt intelligere ſed erra
re vt inquit Ambroſius ſup Beati im
maculati. Hinc eſt ꝙ dñs requirit ſer=
uum prudẽtem quẽ cõſtituit ſuper fa=
miliã ſuã. Mathei.xxiiij. Prudẽtem
dixero vt ſciat quo ordĩe: quo ſẽſu: quo
modo: quo fine quicquid gerẽdum ſit.
Alioquin ſi cecus ceco ducatum pſtet:
nonne ambo in foueã cadunt? Math.

xv. Non enī cecus cecū ducere poteſt.
Sic nec indiſcretus prelatus ſubditū
indiſcretū poteſt per viam ducere ſalu
tis. Et quoniā his periculoſis tēpori-
bus in pluribus eccleſijs cōtra ſancta
inſtituta in adminiſtrādis ſacramētis
que ſūt inſtrumēta ſpūalis curationis
pleroſqꝫ nō tam erraſſe ꝙ variaſſe cir-
ca eadem cognouimꝰ adeo vt vera ſit
illa rabanēſis ſentētia. Commune eſt
medicorū ſemꝑ circa egritudines va-
riari. Unde ſi tres vel quattuor medi-
ci veniunt ad infirmum nunqꝫ in aſſi-
gnatione vel exhibitiōe cure cōueniūt
Hec ille. Et hoc idē. ꝙ verū ſit heu no
ſtris tꝑibus res fidelibus ſubiecta po
pulis quotidiana experiētia clariꝰ ma
nifeſtat. Profecto ſiquidē cū aliquod
ſacramentorū adminiſtrandū ſit in ec
cleſia dei vix. dioceſis totius clerus in
ipſo ritu ꝛ canonice tradēdo concordat
aut cōuenit. Sed nūc in hac eccl'ia hic
addit: in alia ille minuit. Ille preponit
poſtponēda. ille poſtponit preponēda.
Ille benedictionē ꝑſuadet. ille nequa-
ꝙ aſſerit. Ille corrigit librū tāqꝫ deuiū
et erroneū. Ille corrigit corrigentē tan
ꝙ ignarū. Sic prelati mutua diſcrepa
tione collidentes: nō ſine graui ſcādalo
animos ſubditorū in cōfuſionis laby-
rinthū precipitant ꝛ demergūt. Por-
ro nos Staniſlaus dei et ap'lice ſedis
gratia ep'us poſnonienſis paterna ſol
licitudine paſtoralis officij excitati in-
ter tot fluctiuagos excurſus viā cupiē
tes oſtēdere certiorē preſētem tractatū
de amminiſtrādis rite eccleſiaſticis ſa
cramētis celebrandiſqꝫ miſſarū ſolen-
nijs ꝛ cenſuris eccleſiaſticis canonice
obſeruandis per venerabilem virum
magiſtrū Nicolaū de ploue decretorū
doctorē capellanū noſtrū deuotū fideli
ter collectum ꝛ plena diſcuſſiōe maſti-
catū de fratrū noſtrorū poſnoniēſis ca
pituli cōſilio ꝛ aſſenſu preuia delibera
tiōe approbatū omnibus ꝛ ſingulis re
ctoribus eccleſiarū parrochialiū habē
dū ꝛ tenendū ad vnguē perfecte preci-
pimus ꝛ mādamus volētes ſcđm ipm
in adminiſtrādis ſacramētis. celebrā-
dis officijs cenſuriſqꝫ obſeruādis oēs
ꝛ ſingulos dirigi ꝛ gubernari. Statuē
tes ꝙ ſi (quod abſit) quiſpiā per archi
diaconū noſtrum aut per teſtes nr̄os
ſinodales tēpore viſitationis repertus
fuerit qui ſcđm dicti tractatꝰ formam
modum ꝛ diſpoſitionem ſe non geſſe-
rit in omnibus ſupradictis. aut ꝙ eun-
dem non habuerit pre manibus penā
ſinodalem irremiſſibiliter perſoluen-
dam pro prima vice ſe nouerit incurſu
rum. pro alijs vero vicibꝰ ad arbitriū
noſtrum de cetero puniendum.

## ¶ De ſacramētis in genere.

QUoniam natura humana
poſt lapſum cōſiderata ſub
alligatiōe peccati maxime
eget gratia dei. per quā ab
illa īfectione peccati purgetur. ꝛ ad ſta
tum originalis iuſticie reducatur. iux-
ta illud. Omnes peccauerunt et egent
gratia dei. ad Ro. iij. ꝛ v. c. Talis au-
tem gratia purgans infectionem ī tri-
bus conſiſtit que vnicuiqꝫ ſunt neceſ-
ſaria ad ſalutem. que ſunt fides. bona
operatio. ꝛ fidei ſacramenta. Hec au-
tem tria ſecundū Hugonē de ſacramē
tis libro. j. parte. x. Ita ſibi coherent vt
ſalutis effectum habere non poſſint ſi
ſimul nō fuerint: quia fides nec habet
meritum ſi dum poteſt operari negli-
git. Iuxta illud Iacobi. ij. Fides ſine
operibus mortua eſt. Nec bonum opꝰ
aliquid eſt ſine fide. ſine qua impoſſi-
bile eſt placere deo ad Heb. xj. Et rur-
ſus fides operans hominem ſanctifi-
care nō ſufficit ſi eam que in ſacramē-

tis dei conſiſtit ſanctificationem contẽnit. hec Hugo. Hinc eſt ꝙ virt⁹ ſacramentorum eccleſiaſticorũ pro ſalutari profectu multum eſt nobis neceſſaria cum ipſa ſint occaſio et auxiliũ noſtrũ a peccato reſurgendi: ⁊ in ipſis tota medicina noſtris vulnerib⁹ ſalutaris cõſiſtit. ſcḋm Tho. in cõpẽdio theologice veritatis. li. vj. ca. j. Nõ ꝙ in eis gratia ſubiectiualiter contineatur. vel cauſaliter per ea efficiatur. cũ in ſola aia habeat collocari et a ſolo deo infundi. ſed quia in illis et per illa illã gratiam curationis a ſummo medico ieſu chriſto oportet haurire eo ꝙ non alligauit ſuã potẽtiã deus ſacramentis quinetiam per aliam viã gratiam conferre valeat ſecundũ magiſtrum ſententiarũ. li. iiij. diſti. j. propter ꝙ deus ſanãs ⁊ iuſtificãs peccatorẽ iuſtificat ipſum auctoritatiue. ſacramenta vero effectiue ꝑ gratiã in eis tanq̃ in vaſis contentam.

## ¶ Quid ſit ſacr'm ⁊ quot ſint.

LIcet autẽ ſacramentũ multis modis diffiniat᷑: tamen ſcḋm doctorũ cõmunẽ concordiam ſic diffinit᷑ in li. de doct. xpiana. Sacramentũ eſt inuiſibilis grẽ viſibilis forma: ita ꝙ eius ſimilitudinẽ gerẽs ⁊ cauſa exiſtat. Ex qua diffinitiõe habẽtur differẽtie ſacramẽtorũ veteris ⁊ noue legis. Illa eni que figurabãt nõ efficiebãt: q꞉ grãm ſignificabãt quã tñ nõ efficiebãt. Sacramẽta noue legis ſũt ſeptem. Baptiſmus: confirmatio: euchariſtia: extrema vnctio: penitentia ſacer ordo: ⁊ matrimoniũ. Iſta aũt ſunt tãq̃ ſufficiẽtia ꝑ chriſtũ ordinata i remediũ eccleſie militãtis. Sed circa hoc cõſiderandũ eſt primo ꝙ quedã data ſũt in remediũ vni⁹ perſone quedã in remediũ totius eccleſie. Illa que data ſunt in remediũ vni⁹ perſone ſunt triplicia. Quedã eni data ſunt in remediũ ad intrãdũ eccleſiã. ſ. baptiſmus. Quedã ad egreſſum de eccleſia: vt eſt extrema vnctio. Quedam ad progreſſum i ea. ⁊ hoc dupl'r. Uno modo ad executionẽ virtutis. videlicet vt non a malis ſuperemur. ⁊ q̃tum ad hoc eſt confirmatio. vel vt bonis adheream⁹. ⁊ q̃tum ad hoc eſt euchariſtia. Alio modo in reparatione virtutis. q꞉ ipſum hominẽ in pugna ſpũali aliquo modo contingit ledi: ⁊ ſic eſt penitẽtia Si autem i remedium totius eccleſie: hoc poteſt eſſe duobus modis: aut ad remedium multiplicatiõis ſpũalis: et ſic eſt ordo aut ad multiplicationẽ naturalẽ fidelium ⁊ ſic eſt matrimonium Quidã aũt etiam recipiũt numerum ſacramentorum ſecundũ adaptionem virtutũ vt fidei correſpondeat baptiſmus qui eſt ſacramentũ fidei. Spei extrema vnctio per quã preparamur quodammodo ad futuram gloriam. Charitati euchariſtia. Prudẽtie ordo. Iuſticie penitẽtia. Temperãtie matrimonium. Et hoc fortitudini confirmatio. Adaptãtur etiam diuerſis generibus culparũ viciorũ ⁊ penarum: vt baptiſmus ſit ꝯtra culpã originalẽ. Pñia cõtra actualem et mortalẽ. Extrema vnctio cõtra venialem. Ordo cõtra ignorantiã. Matrimoniũ contra cõcupiſcẽtiã. Confirmatio cõtra infirmitatem. Euchariſtia cõtra maliciã: quia eſt ſacramẽtum charitatis que per ſe opponitur malicie. Hec ſanctus Thomas ſuper. iiij. ſentẽtiarũ. di. ij. q. ij. Secundo credendum et cõſiderandum eſt ꝙ ſolus deus fuit inſtitutor ſacramentorũ. et quedã ante aduentum vt matrimoniũ ⁊ penitentiã: ſed hec duo cõfirmauit in nouo teſtamẽto dũ penitẽtiã predicauit ⁊ nuptijs iterfuit. Qd autẽ dr̃ ꝙ Iacob⁹ inſtituit penitẽtiã. Iac. x.

Cōfitemini alterutrū peccata veſtra: nō eſt verſimile: quia per illa verba nō intēdebat aliquod ſacramētū iſtituere ſed promulgare. cum nō fuiſſet auctoritas inſtituēdi aliquod ſacramentum apud Jacobū. Jtē extrema vnctio inſtituta eſt. Mar. vj. vbi legitur ꝙ apoſtoli vngebant egros multos ⁊ ſanabantur. Cōfirmatur aūt ꝙ hoc nō fecerūt virtute ꝓpria: ſed auctoritate ieſu chriſti illam virtuoſam vnctionē inſtituentis per illa verba. Jaco. v. Jnfirmatur quis ex vobis īducat preſbyteros ⁊c. Simili modo intelligendum eſt ſicut de penitētia dictum eſt. ſcilicet ꝙ per illa verba vnctionē promulgauit et docuit faciēdam: nō autē iſtituit. Jtem ordo inſtitutus eſt cū chriſtus dixit. Mathei. xxvi. Hoc facite in meā cōmemorationē. Et Joh. xx. Quorum remiſeritis petā. Hec enī duo pertinēt ad ordinē ſacerdotalem. ſ. ptās dimittēdi peccata reſpectu corporis chriſti miſtici: ⁊ poteſtas cōſecrandi reſpectu corporis chriſti veri. hec Scotus. Jtē confirmatio inſtituta eſt per hoc ꝙ chriſtus impoſuit manus paruulis. Jtem baptiſmꝰ inſtitutus eſt per chriſtū quādo ipſe ſe baptizari fecit a Johanne. ⁊ apoſtolis formā dedit dicēs Euntes in mūdum vniuerſū predicate euāgeliū baptizantes eos in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritꝰ ſācti. Jtē euchariſtiā iſtituit in cena vltima in qua apoſtolos communicauit. Tertio cōſiderandū eſt ꝙ ſcōm ſanctū Tho. ſup. iiij. ſentētiarū di. j. q. iiij ar. iij. efficacia ſacramentoꝝ eſt ex tribus ſcʒ ex inſtitutione diuina tāqʒ ex cauſa pricipali agēte ⁊ ex paſſiōe chriſti ſicut ex cauſa ꝓmaria meritoria ⁊ fide eccleſie: ſicut ex continuatione inſtrumenti principaliter agētis. et hoc eſt qđ dicit gloſa ſuper illud ad Ro. v. Jn ſimilitudinē preuaricatiōis ade. Quod a latere xp̄i profluxerūt ſacramēta per q̄ ſaluata eſt eccleſia. Quarto cōſiderandū eſt ꝙ quedā ſacramēta ſunt neceſſaria. quedā volūtaria. j. q. j. ca. remiſſionē § ſed notādū. Nā ſacramēta neceſſitatis ſunt iſta. Baptiſmus: confirmatio: penitētia: vltima vnctio: corpus xp̄i. Et dicunt ſacramenta neceſſitatis ideo ꝙ ſine iſtis homo non poteſt ſaluari ſi ex contemptu omittātur ⁊ haberi poſſūt. Sacramentū vero baptiſmi ī neceſſitate a quocūqʒ poteſt recipi dummodo ī forma eccleſie cōferat. de ſūma tri. ⁊ fide catho. c. j. in fine. ⁊ de conſe. di. iiij. a quodā. ⁊ etiā penitētia. Nā cōfiteri poſſum cuicūqʒ in neceſſitate. iuxta illud. Cōfitemini alterutrum pctā vr̄a. non tamē heretico vel excōmunicato. Sacramēta vero volūtaria ſūt illa que obmittere nō eſt peccatū: q̄ dicūtur ſacramēta dignitatis. j. q. j. §. ſʒ notandū vt ſunt ordines qui a dignioribus conferūtur. i. ab epīs: vel quia nō niſi digni ad ordines aſſumēdi ſūt. Jtem matrimoniū ſine hmōi ſacramētis bn̄ poſſumus ſaluari. xxij. q. iiij. §. vltimo ad finem Hec oīa habētur in glo. j. capi. veniens. de tranſactionibus

## ¶ De ſacramento baptiſmi.

NJſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſācto nō poteſt intrare regnū dei Joh. iij. ⁊ de cōſe. di. iiij. filiꝰ dei. Sicut dicit Guido đ baẏ. de cōſe. di. iij. placuit. poſt Auguſti. Corpꝰ non fecit animā peccatricē ſed peccatrix aīa corruptibilē carnem fecit. Peccauit quidē aīa primi hoīs: ⁊ per peccatū corrupit carnem. Poſtea vero caro cum nō poſſet ſe vīdicare ex toto in iſta anima voluit vindictam ſumere. de qualibet aīa cōſimili ſcʒ vt ꝓcito ſibi īfunderet aīa ex ipſa. i. ex eius corruptiōe inaſcit

peccatũ in ipſa aĩa. Hoc autẽ eſt pecca tũ originale quod quidẽ anime imputatur cũ quadã digna retributione ĩnaſcatur anime. Quoniam igitur ab hoc peccato nõ potuimus perfecte liberari niſi per baptiſmum in quo anima noſtra quodammodo renaſcitur ſpiritualiter et q̃ natura fuit filia ire dei fit filia adoptionis. Ideo ſaluator veniens in mũdum proclamans neceſſitatem huius ſacramẽti baptiſmi dixit. Niſi quis renatus fuerit ex aqua. Glo. ſcilicet exterius abluendo corpus: ⁊ interius ſpũ ſancto mundãdo animã. non poteſt intrare ⁊c. Ex quo patet neceſſitas huiꝰ ſacramenti. Et quia baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentoꝝ: ideo de ipſo primo videndum eſt. Erit autẽ triplex conſideratio circa iſtud ſacramentum. Primo videbitur de ipſius ſubſtantialibus. Secundo de ipſius accidẽtalibus. Tertio de ipſius cautelis. Quam triplicicem conſideratione circa quodlibet ſacramentum in preſenti tractatu ſeruabimus.

## Baptiſmus q̃uo diffiniatur.

Diffinitur autẽ ſic. Baptiſmꝰ eſt ablutio corporis exterius facta ſub forma verborũ preſcripta. Quicq; vero ſunt de ſubſtãtia baptiſmi. Primũ eſt intentio: ⁊ ſufficit generalis ſcilicet ꝙ baptizans intẽdat illud facere quod facit eccleſia. melius tamen eſt ſi fiat ſpecialis intentio: ſcilicet vt baptizans intendat ꝙ baptizandus mundetur in anima a peccato. Similiter requiritur intentio illius q̃ baptizatur: ſi eſt adultus. quia inuitus non reciperet ſacramentum, vt dicitur in capitulo maiores. de baptiſmo et eius effectu circa finẽ. Secũdũ eſt fides ipſius baptizãdi: qꝛ in adultis requiritur fides propria: ſed in paruulis aliena. quia paruuli baptizãtur in fide eccleſie. Tertium eſt expreſſio vocalis forme a chriſto inſtitute. q̃ eſt hec. Ego te baptizo in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti. Circa cuiꝰ prolationem videat baptizans ne aliquam dictionem obmittat: nec etiam addat aliquam vltra: vel ne tranſponat dictiones: vel commutet aliqualiter nomina perſonarum. Unde ſi diceretur in nomine genitoris et geniti et procedentis ab vtroq; non eſſet baptiſmus. Item non debet omitti illud pronomẽ in principio poſitum ſcilicet ego. quia licet non ſit de forma q̃tum ad neceſſitatem ſacramenti: ſed ex conſtitutione eccleſie: peccaret tamen omittens: qꝛ uis ibi eſſet baptiſmꝰ. Ita notatur de baptiſmo et eius effectu capitulo primo. vbi etiam dicitur immergens puerum et dicens. In nomine patris et filij et ſpiritus ſancti: et pretermittens ego te baptizo. nõ eſt baptiſmus. Greci autem ⁊ Ruteni dicunt ꝙ expreſſio miniſtri ſcilicet ego non ſit de neceſſitate forme. quia ex eo baptiſmus efficaciã non habet. Sed perſona recipiens eſt de neceſſitate forme: quia actus ad recipientem terminatur. Ideo differunt a nobis in forma q̃tum ad tria. Primo quia perſonam miniſtri non exprimunt ad remouẽdum dubium primitiue eccleſie que efficaciã attribuebat baptizãti. vt pꝫ prima Corinthioꝝ. iij. Secundo qꝛ ſignificant actum ſub tertia pſona cũ optatiuo modo vel cõiunctiuo vt baptizetur ſeruus xpi. Tertio perſonã baptizati ĩ nominatiuo exprimũt vt dictũ eſt. Utrũ ipſi hic mutent de ſubſtantia forme ita vt oporteat rebaptizare non eſt determinatũ: ſed certum eſt ꝙ noſtra forma eſt melior. hec ſãctus Tho. diſ. iij. q. ij. arti. j. Et licet

in primitiua eccleſia ex ſpeciali cõſilio ſpũſſancti baptizauerunt in noie xpi ꝛ propter modũ ſignificandi: quia quodãmodo ſcḋm Ambro. tota trinitas in hoc noie intelligitur. ꝛ propter reuerẽtiam ſignificatiut illud nomẽ celebre ꝛ virtuoſũ redderet. Ceſſante tamẽ hac cauſa iã nõ licet ſic baptizare ſecũdum theologos. Si quis tñ eſſet baptizat⁹ in noie xpi faciendũ eſſet cũ eo ſicut in alijs dubijs. ex quo non eſſet ſimplicit̃ determinatũ per eccleſiam talẽ baptiſmum nõ valere: ita ꝙ talis baptizaretur his verbis. Si baptizat⁹ es ego te non baptizo. ſi nõdum baptizatus es ego te baptizo i nomine. p. ꝛ. f. ꝛ ſ. ſcti ꝛ idem fiat quãdo baptizãtur ruteni et greci: qꝛ non cõſtat illorũ formã ſimpliciter nõ valere: pſertim cũ eccleſia ſcit et tollerat eam nec expreſſe reprobat. Quartũ qḋ requirit̃ ad ſubſtãtiam baptiſmi ẽ materia debita ſcꝫ ablutio per elemẽtum aque i toto corpore vel i parte digniori. Quintũ ꝙ illa ablutio fiat ab vno ꝛ eodẽ tẽpore qñ forma verborũ exprimitur ita ꝙ vnus verba proferat ꝛ eo tẽpore puerũ imergat. Iſta autẽ imerſio debet fieri trina vice: niſi neceſſitas magna ſuadeat aliḋ facere. vel ſi baptizandus eſſet adultus ꝙ per ſacerdotem ter imergi nõ poteſt. tũc eni ſufficit trina aſperſio aque: quod eccleſia in plurib⁹ locis ſeruat. ꝛ in paruulis ꝑpter pericula que accidere poſſũt circa totalem imerſionẽ paruuli. Unde grauiter peccaret qui ſemel tãtum immergeret: quia cõtra eccleſie cõſuetudinẽ faceret. Sciẽdum aũt eſt ꝙ ſecũdum Ioãnem pariſiẽſem ſuper. iiij. diſ. iij. ꝛ. iiij. aquam baptiſmi nõ oportet de neceſſitate eſſe ſanctificatam: qꝛ dñs contactu ſue mũdiſſime carnis vi regeneratiuam aquis cõtulit. Sed tñ aqua debet eſſe ſimplex ſic ꝙ non mutet̃ ſpecies aq̃ q̃ꝫtũcũqꝫ fiat cõmixtio. Unde poteſt fieri baptiſmus i lixiuio vel aq̃ maris vel ſulphurea vel i aqua expreſſa munde de luto. Et dico mũde de luto. Et dico mũde expreſſa. i. liquide ꝛ apparenter ſic ꝙ ibi appareat vera aqua. qꝛ aqua imbibita ſpiſſo luto non põt fieri conueniẽs materia hui⁹ ſacramẽti. Et huius ratio ſcḋm doctorem ſubtilẽ vbi ſupra eſt. quia lotio eſt materia proxima vel quaſi per ſe fundamẽtum vel pars fundamenti iſtius ſanctificationis. Aqua autem eſt materia remota. Unde aqua ibibita ſpongie vel ſpiſſo luto etiam ſi tãgit carnẽ: tñ nõ eſt cõueniens materia ad baptiſmum; quia talis cõtactus nõ eſt lotio. ꝛ ſimiliter in glacie nõ eſt lotio ꝛ in niue: eo ꝙ non eſt aqua fluida lotioni cõueniens. Similiter aqua roſeacea vel aqua expreſſa de floribus vel brodium nimis ſpiſſum i quo plus eſt de pĩguedine q̃ꝫ de aqua: nec aqua mixta cũ luto multo. Similiter vinũ et ſaliua aut etiam hominis vrina non ſunt conueniens materia baptiſmi eo ꝙ aqua ibi mutata eſt in aliam ſpeciẽ. Ubi tamẽ non tãta tranſmutatio eſſet aque ſicut i brodio: medone: ceruiſia ꝛ ſic de alijs liquoribus dubitãt quidam doctores non eſſe materiã iſti⁹ ſacramẽti. Ego tamẽ omnino reprobo in iſtis liquoribus fieri ſacramẽti propter defectũ ſignificatiõis. Aqua eni baptiſmi ſignificat illam aquã que fluxit a latere xpi in cruce que fuit vera aqua elementaris ꝛ non miraculoſa propter ſignificationẽ baptiſmi. ſic etiã ꝛ ſanguis ver⁹ ibi profluxit. Ratio aũt inſtitutionis i iſto elemento eſt ex parte conueniẽtie: qꝛ eſt frigida: fluida: lucida: neceſſaria: et cõis. Et he oẽs ꝓprietates cõueniũt huiuſmodi aq̃ in qua dꝫ fieri baptiſm⁹ qui eſt ad reprimẽdũ fauorẽ cõcupiſcẽ

tie:ad flectendū rigorē inobediētie: ad
illuſtrandū charitatē fidei:ad introdu-
cendū viā ſalutis. Itē alia ratio. qꝛ per
baptiſmū ab his malis liberamur. ſcꝫ
ab immūditia: ignorātia ꝛ concupiſcē-
tia vt pꝫ ex ꝓprietatibus aque. ſcꝫ. puri
tate per quam mūdamur. perſpicuita
te. per quā illuminamur et frigiditate
per quā ab eſtu cōcupiſcētie tempera-
mur. Fit etiā baptiſmꝰ in aqua ne quē
inopia alteriꝰ liquoris excuſaret. et ne
propť defectū periculū ſalutis hoīes i
currerent. ꝛ vt iueniatur apud omnes
communis materia baptiſmi.

## ¶ Qđ triplex eſt baptiſmus.

PReterea ſciēdum eſt ꝙ tri-
plex eſt baptiſmus ſcꝫ flu-
minis q̄ fit in aqua cōiter.
talis liberat a pena ꝛ a cul-
pa ꝛ gratiam infundit in habitu et ca-
racterem imprimit. Aliꝰ eſt flaminis:
qui tūc fit qñ quis deſiderat baptizari
ſed non habet per quē baptizetur talis
in fide ſaluabiť prout determinatū eſt
in decretali. Apoſtolicam. ꝛ de pſbyte-
ro nō baptizato. et idem pꝫ per Augu.
viij. li. de ciui. dei. ꝛ li. iiij. đ vnico baptiſ
mo. ꝛ per beatū Ambro. de obitu Va-
lentiniani. ꝛ hic delet culpā ꝛ gratiam
habet in vſu in quo mer tum conſiſtit
Tertius eſt baptiſmus ſanguinis qui
fit in martyrio pro xp̄i noīe ſuſceptus
vt patet de innocentibus. ꝛ quidam di
cunt etiā de latrone dextro. Sed nō vi-
detur eſſe verū: cum ille non poſſit dici
martyr ex pena crucis: eo ꝙ nō pro ve-
ritate aut iuſticia aut fide chriſti: ſed ꝓ
ſuis ſceleribꝰ paſſus eſt ſicut ſolus cōfi
tetur dicēs. Nos quidem digna factis
recipimꝰ ꝛc. videtur ergo potius ꝙ ba
ptizatꝰ eſt baptiſmo fluminis propter
cōfeſſionem fidei quā habuit ad xp̄m
credēs eum deum ꝛ hominē eſſe. ꝛ iſte
baptiſmus ab omni temptatione libe
rat ꝛ cōfert ſtatim premium: qꝛ marty
res ſtatim euolāt in celū ſine retarda-
tione: ſicut patet de ſctō Stephano di
cente. Video celos apertos. Act. vij.
Itē in hoc ſacramēto qđ eſt ſacramen-
tū tm̄. vt eſt ablutio exterior in corpore
Quoddā res tm̄. vt gratia iterior. Quō-
dam res ꝛ ſacramētū: vt caracter i aīa:
et ſic qui ficte baptizatur cū propoſito
peccandi mortaliter nec attritus. vel q̄
errat in articulis fidei. vel qui dicit ſa-
cramēta nō valere tm̄ recipit ſacramē-
tū ꝛ non ſaluatur. Qui vero deſiderat
baptizari ꝛ nō hꝫ per quē recipit rē tm̄
et ſaluabitur. Qui vero recipiūt rem ꝛ
ſacramentū: vt paruuli exteriꝰ ꝛ iteriꝰ
mūdātur: qꝛ recipiūt exteriorē ablutio
nē in corpore: ꝛ ip̄reſſionē caracteris in
aīa. Eſt autē caracter diſtinctio a cara
ctare eterno impreſſus anime rationa
li ſcđm imaginem cōfigurans trinita-
tem creatam. id eſt hominem: trinitati
creāti. id eſt deo. ꝛ diſtinguēs a non cō
ſignatis ſcđm ſtatum fidei. ꝛ hoc eſt tā
tum dicere ꝙ caracter eſt quedam qua
litas ſeu ſignum conſignatiuū chriſto
diſtinctiuum ab infelibus et aſſimula
tiuū fidelibus et diſpoſitiuum ad gra-
tiā. Et talis caracter eſt indelebilis po
tētie cognitiue ītellectiue in qua pricī-
paliter cōſiſtit imago ex qua etiam ho
mo habet ꝙ ſit homo: ſicut ex appetiti
ua habet ꝙ ſit bonus vel malꝰ. Et ra-
tio ſcđm Tho. diſ. iiij. q. ij. arti. iiij. qꝛ
impreſſio caracteris eſt per quādā ani
me ratiōalis ſāctificationē prout ſācti-
ficatio dicitur deputatio alicuiꝰ ad ali-
quid ſacrū. Ad hanc autem ſanctifica-
tionem nō magis actiue operatur aīa
ſāctificāda qꝫ aqua ſāctificāda vel oleū
vel chriſma ad ſui ſāctificationē. niſi ꝙ
hō ſe ſubijcit tali ſāctificatiōi per con-
ſēſum. Res aūt predicte ſubijciuntur:

quia libero arbitrio carent. ꝛ ideo qualitercūqꜫ aīa varietur ꝑ proprias operationes nunqꜫ caracterem amictit. ſicut nec chriſma nec oleū nec panis cōſecratus vnqꜫ ſanctificationē perdunt qualitercūqꜫ trāſmutētur: dummodo nō corrūpantur. Nullus autē pōt bis baptizari: q̄a dñs ꝯſtituit baptiſmū irreiterabilē ꝛ hoc ꝑpꝉ plenā remiſſionē tā pene q̄ꝫ culpe que fit ī baptiſmo al's daretur occaſio ſe pius delinquendi. Hec Sco. ſup. iij. ſentē. di. iiij. q. v.

## De baptiſmi accidentibus.

Conſequenter de accidentibus baptiſmi reſtat videre. Sūt aūt octo de ſolennitate baptiſmi que nō ſunt de ſubſtantia. v. Sal oleū chriſma cereus chriſmale ſaliua. Flatus virtutē baptiſmatis iſta figurant. Hec cū patrinis nō mutāt ſed bene ornāt. Inungitur aūt baptizandus in quattuor locis. ſ. in frōte vt fidem publice p̄dicet. ꝛ hoc fit in cōfirmatione per epm. In vertice vt agēda facili⁹ cognoſcat. Inter ſcapulas: vt iugū xpi ſuauiter portet. In pectore vt deū dulcius diligat. Sed de iſtis oibus melius videbitur infra in practica huius ſacramenti.

## ¶ De cautelis circa hoc ſacramentum ſeruandis.

Nunc de cautelis circa iſtō ſacramentum adhibēdis eſt vdendū. Primo caueat ſacerdos ne in priuatis domibus baptizet infantē vel adultū: niſi eſſet puer regis vel principis quibus in hoc defertur. Et hoc intellige preter caſum neceſſitatis alioquin in neceſſitate poteſt baptizare vbiqꜫ: vt ſi puer eſſet in mortis articulo. aut deferentes haberent inimicicias capitales. Prout hoc totū notaꝛ in clemētina vnica de baptiſmo et eius effectu. Secūda cautela. caueat ne quē coacte baptizet vt iudeū vel paganū. ꝛ hoc ſi reclamat aut proteſtatur aliquo ſigno exteriori ſuū diſſenſum. nā talis nō recipit ſacramentū nec cogiꝛ legē xpianam tenere. Si aūt metu mortis vult baptizari ne cremetur vel ſuſpēdatur pro ſuis exceſſibus: talis ſi nō reclamat q̄uis intus diſſentit vt ſacramētū recipiat: tamē tenetur legē xpianaꝫ ſeruare. Tertio caueat ne baptizet amentē vel fatuū ſeu furioſum. verūtamen vt dicit ſanctus Tho. Amentes a natiuitate recipiunt ſacramentum ſicut ꝛ pueri. ꝛ illi qui incurrūt amentiam ex infirmitate poſtq̄ꝫ habuerunt vſum ratiōis ꝛ lucida interualla ꝛ habuerūt tunc propoſitū recipiēdi baptiſma: tūc ſuſcipiūt ſacramentū ꝛ remetiam ſi actu contradicāt quādo baptizātur in amētia: alias nō. Et ſic intelligendū eſt quod dicit Auguſtin⁹. iiij. cōfeſſionū. de amico ſuo qui dū deſperaret baptizatus eſt neſciens. Quarto caueat ne iudeū vel paganum ſtatim baptizet: niſi prius de fide inſtruatur. de conſecra. diſt. iiij. iudei. ꝛ hoc ne eccleſia in talibus decipiatur. Et hoc eſt verū niſi neceſſitas aliqua eis immineret. Quīto caueat quādo ſimul plures baptizet ne dicat Ego baptizo vos quia grauiter peccaret ſm Tho. ꝛ tn̄ eſſēt baptizati. Et ideo cū plures baptizat ad quēlibet ſeorſū dicat. Ego te baptizo ꝛc. hec ſctūs tho. Si tn̄ maxima neceſſitas inſtaret: vt ſi portarenꝛ duo vel tres pueri ſimul debiles ꝛ infirmi q̄ſi agonizātes. ꝛ tūc videꝛ mihi qꜫ poſſit dici. Ego vos baptizo. ꝛc. ne propter dilationem vlteriorem pueri morerentur. Sexto caueat ne variet formam per aliquam interpoſitioneꝫ

magnam per quā diſcontinuaret actū hoc enī multū noceret ſecundū Petrū de tharātaſia ſuper. iiij. ſententiarum diſ.iij.q.ij. Modica tamē interpoſitio vel interruptio non nocet: vt ſi dicatur In nomine patris et tūc forte aliquod impedimentū ſacerdoti occurreret: vt ſi madidaretur ſibi manica ſuperpelli cij vel ſimile. ita ꝙ diceret miniſtro. vi de ne madidetur ſuperpellicium vel ſi mile. ⁊ tunc vlterius proſequeretur. et filij ⁊ ſpiritusſancti non viciaret baptiſ mum. Similiter de tuſſe ſi accideret tempore prolationis dicēdum eſt. aut etiam de ſilentio longo interverba lon ga. idē intelligendū eſt ſecundū Tho. ſuper. iiij. diſtin. iij. q. iij. arti. j. Septi mo caueat ſacerdos ne in peccato mor tali exiſtens baptizet cum ſolennitate more ſolito puerū quia peccaret mor taliter ſecundū Tho. ⁊ Petrū de tha rā. ſuper. iiij. diſtī. v. q. ij. quāuis puer baptizetur in hoc caſu. Et baptiſmus confertur tam per malum ꝙ per bo num miniſtrum: quia bonitas mini ſtri non eſt de neceſſitate baptiſmi: ſed de congruentia. Nec peccat ſuſcipiens baptiſmum a malo ſacerdote tolera to ab eccleſia. Secus eſt de preciſo ab eccleſia: vt ab heretico: ſciſmatico: excō municato. a quibus nullo modo reci piendus eſt baptiſmus niſi in caſu ne ceſſitatis. tunc enī etiam a non bapti zato vt a iudeo vel pagano poſſet reci pi quantūcunqꝫ malo dūmodo in for ma eccleſie redderetur cum intentione videlicet faciendo illud quod facit ec cleſia. Verūtamen licet baptiſmus a malo ſacerdote tolerato ab eccleſia nō vitiatur quantum ad ſacramentales effectus: tamen a bono ſacerdote me lius recipitur ſi haberi poteſt qꝛ ſecun dū beatū Tho. cum effectu principali poteſt aliquid addi plus ex merito ba ptizantis. Ex hoc patet ꝙ damnabile et periculoſum ſacerdoti eſt morari in peccato mortali ad vnam horam: cum ſēper debeat eſſe paratus ad miniſtrā dū ſacramēta. Sed circa hoc nota ꝙ lꝫ in caſu neceſſitatis iudeus vel pagan⁹ poſſit baptizare: nō tñ poſſit leuare de fonte ſecūdū Tho. Ratio qꝛ in primo caſu baptizādo poteſt tenere vices dei cum ſit eius creatura. ſed in ſecūdo nō quia non eſt membrū eccleſie. nec etiā aliquā cognationem ſpiritualē contra bit cū ſit expers ſpiritualis gratie. hec Tho. ſuper. iiij. diſtinctio. vj. q. iij. arti culo. ij. Octauo attendat vt habeat cir ca baptizandum actualem intentionē baptizandi. ⁊ maxime cum dicit verba eſſentialia. Tamen ſi tunc nō haberet eam et tamen prius habuit eundo ad baptizādum ſufficit. Ex quo patet ꝙ furioſus aut ebrioſus nō poteſt bapti zare. Et dico de ebrioſo carēte vſu ra tionis qui talem intentionem non ha bet nec actualem nec habitualem que eſt neceſſaria iuxta illud. Accedit ver bum ad elementum et fit ſacramentū. Nam ſecūdum Bonauenturā in. iiij. diſtin. iiij. q. j. ar. j. in ſi. principalis. ad hoc ꝙ verba ordinentur ad effectū aſſi gnatum neceſſarium eſt iteruenire in tentionem miniſtri qui intendit in illo actu et verbo dare talem effectum: vel ſaltem quod eccleſia facere ordinauit. vel ſaltem quod chriſtus īſtituit diſpē ſare alioquin verba ⁊ elemētum vt ſic diſtincta nō faciunt ſacramentū. Hoc autem pro regula habendum eſt ꝙ ad omnem ſacramentorū diſpēſationem neceſſarium eſt habere itentionē actu vel habitu. explicite vel implicite. ſecū dū Tho. in. iiij. di. vj. q. ij. arti. j. Nono caueat quilibet ne puerū anteꝙ naſcat de vẗo matris baptizet. Et hoc ſi puer ad oēs partes ei⁹ eſt ī vtero matris ite

ger ⁊ totaliter: q̄a ſic nō poteſt aqua cū
attigere immediate: nec poteſt lauari
ibi exiſtens. Si autē appareret princi
palis pars. puta caput tūc ſimpliciter
baptizari poteſt q̄a iā poteſt aqua aſp
gi. Si aūt appareret ps mi⁹ principa
lis ſicut manus vel pes illa etiā eſſet
baptizāda. q̄a in illa parte eſt tota aīa
licet non omnes ſenſus vt in capite. et
poſtmodū poteſt baptizari ſi naſcat̄.
viuus ſub cōditiōe. Talis tamē puer
ſi naſceret̄ mortuus ſepeliret̄ in cimi
terio ſm doctorē ſubtilē. diſti. iiij. q. j.
arti. ij. Et idē tenet Joānes pariſieñs
diſt. iij. Similiter dicendū eſt de illo
circa quē diminuta eſt forma eccleſie
neceſſaria ex neceſſitate inſtanti. Ta
lis enī ſepeliretur i cimiterio. quia pie
creditur q̄ ſummus ſacerdos ſupple
ret ſm Petrū de tharan. diſtin. iij. q.
ij. arti. j. Decimo caueat ne matrem in
firmā vel morientē diuidat in qua pu
er viuit. q̄a ſic homicidiū cōmitteret
quiſquis hoc faceret. nō ſunt enim fa
cienda mala vt veniant bona. ad Ro
manos. iij. Ideo cautius dimittat pe
rire infantē cū ea q̄ȝ ipſa pereat. ſcḋm
dn̄m Petrum vbi ſupra. Si tñ mater
mortua eſſet iā perfecte. tunc poteſt et
debet eā facere diuidere. ⁊ puerū inde
extractū baptizare. alias nō. Undeci
mo caueat ne monſtrū nō bene pri⁹ di
iudicatū an ſit vn⁹ homo vel duo vel
an habeat vnam animā vel duas bap
tizare feſtinet. Nam ſi ſint duo capita.
duo colla ⁊ duo pectora ⁊ p̄ cōſequens
erunt duo corda: ⁊ ita baptizandi ſunt
duo ⁊ quilibet ſeorſum. Si aūt nō eſt
certū q̄ ſint due anime tūc primo bap
tizandus eſt vnus et poſtea alter ſub
cōditione dicēdo. Si tu es baptizatus
nō te rebaptizo: ſed ſi nō es baptizat⁹
ego te baptizo in nomine patris ⁊ filij
⁊ ſpiritus ſancti. Et tale monſtrū dici
tur fuiſſe in francia: duo capita habēs
quorum vnum expreſſit velle de eo de
quo alterū expreſſit nolle. vnum enī
voluit cōtinere ⁊ ſobrie viuere: ⁊ aliud
laſciuire ⁊ epulari. et cum vnū per os
ſuum excederet: aliud ſe grauari cla
mabat. ita refert doctor ſubtilis. diſti.
vj. q. j. articulo. iiij. Duodecimo caue
at ne chriſmate ātiquo baptizet: quia
punitur ſacerdos hoc faciens de con
ſecratiōe diſtin. iiij. ſi quis de alio. Et
de ſenten. excō. in capitulo Quoniam
libro. vj. Ubi dicit gloſa finalis dādo
rationem: quia vetus chriſma non de
bet ineſſe vſui. nec de illo debet quis
chriſmari. Et deponitur ſacerdos qui
de illo antiquo chriſmate vngit bapti
zatum niſi in mortis articulo. Unde
omni anno nouū chriſma debet confi
ci et antiquum cremari. de conſe. diſt.
iij. litteris. Sit autem diligens ſacer
dos inter omnia ne puer decedat ſine
baptiſmo vt ſi iam incipit canonē miſ
ſe et viderit puerum morientem ſine
baptiſmo: poteſt eum baptizare. de cō
ſecratione diſtinctione. j. Nullus epi
ſcopus. in glo. penul.

## De cathecismo et exorcismo.

REſtat nunc ponere practi
cam manualem circa hu
ius ſacramenti diſpenſati
onem. Eſt autē primo ſci
endum q̄ cathecismus et exorciſmus
debent precedere baptiſmum quando
ſolēniter confertur. Exorciſmus vero
dr̄ illa ſonatio orōnū p̄ quā expellit̄ di
abolus ⁊ adiurat̄ vt recedat a puero.
de quo dicit Tho. q̄ valde cōueniens
ſit ipm̄ p̄mitti ante baptiſmū. Unde
hoc ſignāt ea que ponūtur in baptiſ
mo Recede ab eo ſathana ⁊c. Ipe etiā
exorciſmus debilitat poteſtatem de
monis ne tantum poſſit in homine ſi

cut ante: ne baptiſmum ꝛ alia bona in
ipſo impediat. Sed poteſtas predicta
totaliter tollitur in baptiſmo ſicut etiã
Pharao prius eſt flagellatus populo
nondũ de egypto egreſſo. ꝛ poſtea tota
liter in mari rubro: qđ eſt figura bap-
tiſmi ſubmerſus. Et ſic bene dicitur
ꝙ exorciſmi ſũt inſtituti propter ener
guminos: id eſt intus laborantes per
infectionẽ fomitis videlicet cõtra dia
bolum in eis poteſtatẽ habẽtem. hec
Tho. diſ. vj. iij. arti. j. et. ij. Eſt autẽ ca
thecíſmus. ſm Tho. inſtructio ante
baptiſmũ in illis que ſunt cõmunia. ꝛ
dicũtur fidei rudimenta ad que credẽ
da oẽs explicite tenẽtur: ſicut eſt fides
trinitatis: incarnationis et paſſionis
dñi: iudicij: et prouidẽtie dei de factis
hominum. De alijs aũt debet inſtrui
poſt baptiſmũ. Unde etiã ſm Tho.
in adulto requiritur vt per ſe cathecí-
zetur et xpianã religionẽ profiteatur.
Cathecizatur aũt ad hoc adultus qui
ad fidẽ vocatur. vt ad quã vocatur pro
prio moueat᷑ volũtatis arbitrio. Hinc
eſt ꝙ cũ baptizatur rutenus vel paga-
nus adultus: non patrini ſed ipſemet
pro ſe ad interrogata reſpondeat ſacer
doti. huius contrariũ ſeruatur in ma-
zonia in polonia. ꝛ ſatis male.

## De modo baptizandi.

Poſtq̃ʒ igitur puer debeat
baptizari ſacerdos nõ per
mittat niſi vnũ vel vnam
feminã in patrinos prout
determinatũ eſt de cognatione ſpiritu
ali quãuis. li. vj. de conſe. diſ. iiij. Non
plures. Alicubi tamẽ cõſuetudo obti-
net: ꝙ ſi puer maſculus debeat bapti-
zari: tũc duo viri ꝛ vna mulier in patri
nos admittãtur: Si vero femina: tũc
due mulieres et vnus vir in patrinos
admittantur. et illa eſt ſatis tollerabi-
lis cum honeſtatem quandam et vr-
banitatem contineat. Deinde autem
ante fores eccleſie ſacerdos ſtatuat pa
trinos: vt ſi puer eſt maſculus: teneat
eũ vir. Si vero femina: teneat eũ mu-
lier. et iſti duo ſtant iuxta ſe. Alij vero
poſſunt ſtare in eccleſia. vel iuxta qui
puerum conduxerunt. nec pro ipſo re
ſpondeant: ſed poſſunt oĩa attendere
dũmodo non tangant puerum. Sta-
tuat autẽ ſacerdos puerũ ad occaſum
ſolis: ſolus autẽ ſtet ad oriẽtem. Quo
facto ſufflet in faciem eius: et dicat il-
lum exorciſmum. Exi immunde ſpiri
tus: et da honorẽ deo viuo et vero. ꝛc.
que continentur in agenda. Iterũ ſta-
tim dicat. Recede ab eo diabole. ꝛc.
Flatus autẽ ille ſiue exſufflatio debet
fieri ad occidentẽ: vt patet ſecundum
Tho. Et ſignificat ſpũs maligni ex-
pulſionẽ ꝛ boni introductionẽ. Poſt
hoc faciat crucẽ in fronte eius dicẽs.
Signũ ſaluatoris dñi nr̃i ieſu xpi in
frontẽ tuã pono. ſimiliter in pectore a
liam faciet crucẽ dicens. Signũ ſalua
toris dñi nr̃i noſtri ieſu xpi in pectus
tuũ pono. Et demum cõiunctim ſub
vna prolatiõe faciat vnã crucẽ in fron
te ꝛ aliã in pectore dicẽſ. Accipe ſigna
culum ſancte crucis tã in fronte q̃ʒ in
corde. ꝛc. Et quid iſta ſignatio ſigni-
ficet: ſtatim in p̃dicta oſtẽditur oĩone:
cũ dr̃. Sume celeſtiũ p̃ceptorũ fidẽ ꝛc
per qđ denotat᷑ ꝙ ad hoc in pectore ſi-
gnatur ꝙ in p̃ceptis dei ſuſcipiendis
accept⁹ efficiatur. Et in fronte vt leta
facie dei culture exiſtat aptus. Demũ
ſequit᷑ oĩo. Preces nr̃as. ꝛc. i qua tũc
dr̃. Et hũc electũ tuũ crucis dñice cu-
ius impſſione eũ ſignamus in virtu-
te cuſtodi. Et fiat crucis ſignatio ſup
totũ puerũ. Inde ſeq̃tur oĩo. Omps
ſempiterne de⁹. ꝛc. Circa quã querat
pri⁹ ſacerdos de noĩe infantis dicẽdo.

Quis debet vocari: Et poſtq̄ illi dixe
rūt. N. ille ſtatim ꝓſequat̄ incipiēdo
orationē dicēs. O ōips ſempiterne de
us pater dn̄i nr̄i ieſu xp̄i reſpicere di-
gnare ſup hunc famulū tuū. ꝛc. Non
eſt autē opus cū venerit ad locū ꝓprij
nominis in aliqua oratiōe q̄ requirat
patrinos dicēs: quomodo vocat̄: ꝛ hoc
propter incongruitatē que ibi cōtinge
ret ꝛ improprietatē locutionis. Nam
oro quādoq̄ requirit dici propriū no
nomen in accuſatiuo caſu: ꝛ patrini re
ſpondent in nominatiuo: quod eſt ma
gna abſurditas: ſicut patet cū dicitur
reſpicere dignare ſup hūc famulū tuū
N. ꝛ ſi patrini reſponderēt in nomina
tiuo dicendo. N. magna eſſet incōgrui
tas. dicat autē ſacerdos ſolus varian-
do nomen vſq̄ ad fontē ſecd̄m exigen
tiam orationū prout viderit expedire.
nec totiēs quotiens occurrit nois no-
minatio requirat patrinos: ſed ſolus
nominet in latino propter abſurdita-
tem predictā. Orationes aūt iſte fiūt
pro puero: vt gr̄a ꝑueniat ꝛ ſubſequa-
tur que vires ꝑbeat libero arbitrio. et
q̄ procul fiat vniuerſa maligni ſpirit⁹
illuſio. Signatur puer in fronte: in pe
ctore: in oculis: in naribus: ī ore ſigno
crucis. cuius virtute victus eſt diabo-
lus ꝛ exaltatus eſt xp̄us. Unde Aba-
cuch. iij. Cornua ī manibus ei⁹ ſunt:
ibi abſcondita eſt fortitudo ei⁹. Hoc
ſigno muniuntur totius corporis ſen
ſus: cuius virtute ꝛ omnia ſacramēta
cōplentur: et omnia diaboli figmenta
fruſtrātur. Sicut enī cum primogeni-
ta delerētur egypti populus hebreoꝝ
ſignatis poſtibus domorū ſuarū ſan-
guine agni paſchalis ī typo dn̄ice paſ-
ſionis ſaluat⁹ eſt. Populus vero egy
ptioꝝ q̄ hoc caruit ſigno in ſuis ꝑmo-
genitis grauiter ꝑcuſſus eſt. ſic apud
Ezechielē ieruſalē ab imminēte clade
liberāda eſſe promittitur: ſi thau que
figurā crucis exprimit in frōtibus ge-
mentiū atq̄ dolentiū ſignaretur. Dei
de anteq̄ ſal ponit in os pueri recepto
ſale ſimplici ꝛ mundo benedicat ipſū
ſpecialiter per illā orationē. Exorcizo
te creatura ſalis in noīe dei patris om
nipotentis. ꝛ in charitate dn̄i nr̄i ieſu
xp̄i ꝛ in virtute ſpiritusſancti. ꝛc. faciē
do ſigna crucis ad inuocationē cuiuſ-
libet ꝑſone ſancte trinitatis ꝛ cōpleat
vſq̄ ad finem. Nec credat quis poſſe
ſufficere ſal illud ad exorcizandū pue-
rum qd̄ benedicitur die dn̄ico ad bene
dicendū aquā: cū illud ſpeciale officiū
habeat ꝛ diſtinctū ab iſto. Et ideo ca
ueat ſacerdos ne cū illo ſale cū quo die
dn̄ico aquam exorcizat ad baptiſmū
vadat: ſed ipſo die dn̄ico in alio cypho
benedicat ſal pro benedicenda aqua ꝛ
in alio pro exorcizādis infantibus an
te baptiſmū. Cum autem cōpleuerit
orationem dictam ꝛ ſal benedixerit re
cipiat ſal ꝛ ponat ad os pueri dicens.
Accipe ſalem ſapientie: et ſit tibi dn̄s
propicius in vitam eternā amē. Po-
nat tamen ſal in os pueri pulchre et
modeſte non cum vehementia ſicut
quidam ſolent ponere: ita q̄ puer co-
gitur flere propter durā impreſſionē
ſalis quod eſt abhominabile. Seruā-
da eſt nāq̄ maxima vrbanitas et ho-
neſtas in ſacramentorum collatione
propter deuotionem populi excitan-
dam ꝛ reuerentiā ſacramentorū a po-
pulo impendendā ꝛ exhibendam. Si
gnificat enim ſalis immiſſio gratiam
ꝛ ſapientiam ꝛ a peccatorū putredine
preſeruationem. Conſequenter pro-
ſequantur orationes ſolite que haben
tur in agenda. et prouideat ſacerdos
eas correcte dicere. Et quia ſpecia-
les ſunt orationes ſuper feminas et
ſpeciales ſup viros: ideo ſingulis ſin-

gulas adaptet. Que autem ſunt ſuper
vtroſqʒ illas proferat ſuper vtroſqʒ in-
differenter. Deinde ſequit̃ euãgelium
ſcd̃m Mattheũ. Oblati ſunt ieſu pu-
li ꝛc. qđ ſacerdos dicturꝰ deponat mi-
trã: ſimiliter patrinos deponere faciat
In legendo autẽ iponat manus infan-
ti vt ꝑcludat diabolo expulſo viam ne
redeat. Et hoc idem ſignãt benedictio
nes ꝛ crucis ſignationes ſuperius pre
miſſe. legat autẽ ꝑtermittendo dñs vo
biſcum Quo facto faciat orare Pater
nr̃ ꝛ Credo ipſos patrinos. demum di
cat illam orationẽ. Nec te lateat ſatha-
na ꝛc. Quo facto recipiat mundos pul
ueres terre ꝛ miſcens ſputo faciat in-
de lutum in manu ſiniſtra. recepto eo
duobus digitis. ſ. pollice ꝛ indice dex-
tre manus tangat aurem pueri dicens
Effeta qđ eſt adaperire. Et cum ſub-
iunxerit in odorem ſuauitatis. tũc tan
gat nares. Caueat autem ne faciat lu-
tũ groſſũ ꝛ aſtãtibus abhominable. ſi
cut quidã facere conſueuerunt. emittẽ
tes pro ſputo quãdoqʒ flegma ſpumo-
ſum ex ore inducentes horrorem aſtã-
tibus. Deſignat autẽ ſputi ꝛ ſaliue im
miſſio ſẽſus tactus auditus ꝛ aliorum
ſenſuum ſpiritualium apertionem vel
ſignat īpedimenti remotionem ipſius
demonis reſpectu fidei docendo vel di
ſcendo.

POſt hoc ſacerdos introdu
cat puerum in eccleſiam di
cens. Dñs cuſtodiat introi
tũ ꝛc. dans ei per hoc pote
ſtatem intrandi eccleſiam ꝛ annume-
rando eum conſortio fidelium. quo ad
hoc videlicet vt poſſit orare cum fideli
bus in eccleſia ſi eſt adultus. Etiam ī
miſſa dum tamen talis ſit exorcizatus
etiam ſi non eſſet vlterius ſecũ ꝓceſſũ
non tamẽ poſſet audire totam miſſam
ſed niſi vſqʒ ad ſurſum corda. ſicut ꝛ ca
thecuminus. Tunc ſacerdos accedẽs
ad fontem querat a patrinis nominan
do puerum dicens. N. abrenuncias ſa
thane. Et illi reſpondent abrenuncio:
et iterũ dicit. Et omnibus pompis eiꝰ
Illi reſpondent: abrenuncio. Hoc au-
tem fit ideo vt prius abrenunciet erro
rem: ꝛ ſic approximet ad veritatẽ. iux-
ta illud apoſtoli. Deponite veterem ho
minem ſecundũ cõuerſationẽ priſtinã
abnegantes omnẽ īpietatem ꝛ ſecula-
ria deſideria: deinde querat iterũ. Cre
dis in deũ patrem omnipotentem ꝛc.
ꝛ ter reſpondent patrini. credo. ꝛ ſic de
ſingulis articulis fidei ſpecificando di
ſtincte ꝛ interrogando. Et licet duode
cim ſunt articuli fidei in ſymbolo de q̃
bus oībus deberet querere ꝛ interro-
gare ſigillatim ſufficit tamen ſi plures
articulos ſimul coniungat ꝛ de ipſis ſi
mul querat. ꝛ ita ſufficit ſi totũ ſymbo
lum ſex vicibus vel octo percurret in-
terrogãdo. Interrogatio autem iſta de
bet eſſe in vulgari ꝛ non in latino: quia
tunc patrini laici fidem profitẽtur pro
baptizando puero. Eſt autem ſciendũ
ꝙ ſi adultus baptizatur lʒ patrini ipſũ
teneãt: tamen ipſe ſolus dʒ reſpondere
et nõ patrini ad īterrogationem fidei ꝛ
abrenũciationẽ ſupradictã cũ habeat
vſũ liberi arbitrii. Hoc autẽ ſymbolũ
tradit̃ baptizandis tanqʒ noue vite au
ditoribus: per quã ꝓfeſſionem incipit
in eis mori vetus homo: ꝛ per fidẽ no-
uus viuere qui ſcd̃m deũ creatus eſt ī
iuſticia ꝛ ſanctitate veritatis. Tãdem
ſacerdos accepto oleo ſãcto ad hoc diſ
poſito quod vocatur oleũ cathecumi-
norũ referens puerũ ex velamine ſuo:
et denudãs eũ vngat eũ prius in pecto
re: deinde in ſcapulis dicẽs. Ego te li-
nio oleo ſalutis in chriſto ieſu dño nr̃o
et tandem ſubiungat Pax tecũ. ꝛ cle-
ricus aſſiſtẽs reſpõdeat. Et cũ ſpũ tuo

Iſta aũt inunctio olei ſignificat homi-
nis expeditionẽ quã ſuſcepit aduerſus
diabolũ in pugna. fit eni in ſignum pu
gne cõtra inimicũ ſicut athlete inũgũ-
tur ſecundũ Tho. vel ſcđm Petrũ de
tharã. ſignat legis dei amorẽ ꝑ hoc ꝙ
fit in pectore vbi eſt locus cordis Per
hoc autem ꝙ fit iter ſcapulas deſignat
deuotam ſubiectionẽ. Vngitur aũt in
pectore ne hoſtis ei imunda ꝑſuadeat
deſideria. Inter ſcapulas vbi eſt vigor
portandi onus ꝙ fortitudinẽ accipiat
ad portandũ pondus diei ⁊ eſtus. Vn
gitur etiã in pectore vt vigeat in eo ſa-
pientia. Vngitur etiã in humero dex-
tro quod exercitijs bonoꝝ operũ inde
ficiens ſeruetur patientia. Nec enim
nouerit ſiniſtra quid fecerit dextra ve-
ſtra Math. vj. Sed quia i humeris vi
gor conſtat portandi onera huius par
tis vnctione chriſti athlete dedicantur
vt ſciant ſe eſſe ad certamen vocatos ꝑ
totũ vite ſue curſũ contra antiquũ ho-
ſtem publicis ac priuatis cõgreſſibus
pugnaturos. Vel ſcđm Raba. in li. de
inſtitutiõe clericorũ. Pectus vngitur
ꝙ nulle reliquie latẽtis hoſtis in eo re
ſideant. ſed in fide trinitatis mens ei⁹
cõfortetur. Item iter ſcapulas vt vndiqꝫ
muniatur: ⁊ ad bona opera facienda ꝑ
dei gratiã roboretur. Deinde oibus his
rite pactis q̃rat ſacerdos a patrinis in
fantem tenẽtibus. ⁊ ſi fuerit adultus:
tũc ab ipſomet adulto querat dicens.
Quis vocaris: ⁊ ille reſpõdeat. N. Tã
dẽ ſacerdos querat. Vis baptizari: ⁊ il
le reſpõdeat. Volo. Hoc autem faciat
ter propter hoc vt conſtet de ipſi⁹ volũ
tario propoſito baptizandi: ⁊ ne coact⁹
baptizari videatur. ⁊ tunc ſacerdos re-
cepto puero ad manũ ſiniſtrã: denuda
to eo toto ſi eſt in eſtate: ſi vero in hye
me denudetur tm̃ ipſius caput patenter
et manifeſte vſqꝫ ad ipſius ſcapulas te
nẽdo eũ ſupra fontẽ ſi eſt infans. ſi ve-
ro adultus: tunc ſolũ inclinato capite i
fõtem ter dicat diſtincte ⁊ expreſſe ha-
bendo intentionẽ ipſũ baptizandi. Et
ego te baptizo. in noĩe patris. ⁊ tunc fa
ciat manu dextera primã aque in capi
te pueri perfuſionẽ. Statimqꝫ ꝓſequa
tur dicens. ⁊ filij: faciẽdo ſecundã per-
fuſionem in capite pueri ſicut prius. ⁊
deinde ſubiungat. ⁊ ſpiritusſancti: faciẽ
do ſimiliter tertiã perfuſionẽ ſeu ablu
tionẽ. Quã quidẽ imerſionẽ recipiens
homo a ſordibus vetuſtatis ipſi⁹ exu-
tus: ⁊ aliũ nouũ hominẽ indut⁹ tridua
nus chriſti ſepulture cõſepelitur. Vn-
de ait apoſtolus. Quicũqꝫ baptizati ſu
mus ⁊c. Ambroſius autẽ in libro de ſa
cramentis dicit ꝙ trina ĩterrogatio an
te baptiſmũ ⁊ trina ĩmerſio in baptiſ-
mo ſignificant triplicẽ lapſũ peccati q̃
tibi ablutĩ ſcꝫ cogitationis: locutiõis ⁊
operis. ideo etiã fit trina cõfeſſio. Iſta
eni forma obſeruanda eſt a vetulis in
neceſſitate baptizãtibus: ⁊ per curato-
res ſepius predicanda. Nã cõperi ⁊ in
ueni in parrochia mea quandoqꝫ mul
ta ſuperſtitioſa ⁊ vana his verbis ad-
di ⁊ ea mirabiliter variari. Quidã eni
proferunt ſolũ iſta verba ſine aſperſio
ne aque: credentes ſufficere ſolã prola
tionẽ verborũ. Quidã autem ſolo ſale
puerũ cũ his verbis tangũt. Quidam
vero formã verboꝝ mutãt dicẽtes. N.
Ego te baptizo in nomĩe dei amẽ Qui
dã autẽ dicũt in noĩe omnipotẽtis dei
amen. que omnes forme enormes ſũt:
nec aliq̃d operantur. Sed hic queritur cui⁹
ſunt iſta verba cũ dicunt patrini inter
rogati. abrenuncias ſathane. reſpondẽ
do. abrenuncio vel credis in deũ: et illi
reſpondent credo. videtur enim cuiuſ-
cunqꝫ ſint ꝙ mentiri videatur ille qui re-
ſpondet. Si eni ſunt ex perſona patri-
ni mentitur: quia nõ habet in cõſcientia

ꝙ ipſe baptizetur. Si autem pro pue-
ro dicunt nihilominus mentiũt patrinꝰ
cũ puer ſit nullius volũtatis compos
vt patet ex eo ꝙ dum ĩmergitur recal-
citrat. Ad quod dicendũ eſt ꝙ patrinꝰ
in perſona ſui loquit. Quod aũt reſpõ
det credo ⁊c. tãtum eſt acſi diceret. talẽ
fidẽ habeo per quã hic ſaluari poteſt.
Cũ ſimpliciter reſpondet. volo bapti-
zari. ſenſꝰ eſt in fide mea quam ego te-
neo baptizetur. Seruantur tamen ver
ba ipſius pueri ex idẽtitate verborum
patrini vt identitas verborum ad pue
rum notet. Unde dicit Bonauentura
ꝙ quando reſpondetur in perſona par
uuli. Credo. non eſt falſus ſermo vel ĩ
conſuetus qꝛ ſcđm Auguſtinũ frequẽ-
ter ſignũ accipit pro re. ſicut dicimus.
Cras erit reſurrectio dñi. Et vidẽs fu
mũ dicit ſe videre ignem. Unde ſẽſus
eſt. credo. ideſt ſacramẽtũ fidei recipio
vel recipere paratus ſum. ideſt ad cre-
dendum me obligo. Dicit etiã iſte do-
ctor: ꝙ patrini poſtea tenent puerũ do
cere in his que ſũt de fide vel de bonis
moribus ſi non habet alios doctores
vel parentes: nũc autem ex quo habẽt
parentes catholicos ⁊ viſitãt eccleſias
ibi potius doceant ⁊ ſic patrini excuſã
tur. Notandum etiam ꝙ qui vult eſſe
verus patrinus: nõ ſolum debet reſpõ
dere verba ſolita ſed etiam tãgere pue
rum. vnde reſponſio non eſt de neceſſi
tate ſeu eſſentia compaternitatis ſpiri
tualis ſed tẽtio ſeu leuatio. Põt etiam
compaternitas cõtrahi per procurato
rẽ q̃tum ad amiciciam: ſed non q̃tum
ad compaternitatis ſpiritualis vincu-
lum. vnde ſolus procurator eſt verꝰ cõ
pater ⁊ non cõſtituens procuratorem.
vt habetur de procuratoribus. c. finali
libro. vj. Deinde ſacerdos accepto ſan
cto chriſmate vngit puerum in vertice
ideſt in ſũmitate capitis dicens oratio
nem que ſequit ſcꝫ Deus omnipotens
pater dñi noſtri ieſu chriſti qui te rege-
nerauit ex aqua ⁊ ſpũ ſancto ⁊c. Circa
hoc tamẽ cauendũ eſt ſacerdoti ne pue
rum vngat in fronte ſicut iam plures
feciſſe cognoui: et eos de cetero facere
prohibui ⁊ ĩterdixi. Nam ſolus epiſco
pus habet vngere in fronte in confir-
matione. Unde prohibitum eſt ĩferio
ribus ſacerdotibus vt nunq̃ tangant
frontẽ hominis aliqua vnctione: quo-
niã eis non competit. De hoc expreſſe
habet in gloſa. ij. c. q̃m in baptiſmo. de
ſentẽ. excõ. li. vj. vbi dicit manifeſte ꝙ
poſt baptiſmum ſacerdos inungat in
vertice chriſmate: non autem in frõte:
quia hoc eſt ſolius epiſcopi. vt notatur
de cõſuetudine. c. q̃to Prohibitio au-
tem ne ſacerdotes ĩferiores inungant
in fronte habetur in pluribus iuribus
vt patet de conſe. di. v. c. nouiſſime. Er
roris autẽ cauſã illorum ſic errantium
comperi: quia libros viaticoſq; ſuos ip
ſos ſic grauiter decipere vidi. Nam fe-
re omnes agẽde et libelli baptiſmales
in hoc loco ſic habẽt. Hic faciat ſacer-
dos crucem in frõte. Corrigant igitur
de cetero libros ſuos erroneos ne a do
mino corrigant: ⁊ agant penitentiã de
errore preterito. Adeant autem aucto-
ritatẽ ordinariã per quam cum eis ſu-
per huiuſmodi errore cõmiſſo diſpen-
ſetur. Et fit etiam iſta vnctio in capite
vt charitas que per ſpiritũ ſanctũ dat
abundet ſemp in cordibus noſtris. ſe-
cundũ illud ſapientis. Oleum de capi
te tuo nunq̃ deficiat. Unde ⁊ apoſtolꝰ
Charitas dei diffuſa eſt in cordibꝰ no-
ſtris per ſpiritũ ſanctũ qui datꝰ eſt no
bis. Uel fit ideo ĩ vertice vt cognoſcat
ſe promotum eſſe in regale genus ⁊ ſa
cerdotale: vt a xp̄i conſortio vocet chri-
ſtianus: ⁊ eterni regni ſit coheres. Et
etiã ſtatim tegitur veſte vel mitra vt in

telligat ſe dyademate regni et ſacerdo-
tali: ſicut dictum eſt potiri. Sed dubi-
tatur nonne iã ſpũs ſanctus datus eſt
baptizato ĩ ipſa aqua baptiſmi. Reſpõ
deo ꝙ ſic: ſed differẽter hic ꝛ ibi. Nam
ibi dat᷑ ad peccatorum preteritorum re
miſſionẽ q2 per ipſã aſperſionem aque
in baptiſmo omnia preterita pctã pur-
gata ſunt. Sed hic datur in iſta vnctio
ne ad edificandũ in corde nr̃o dei ꝛ pro
ximi dilectionem. Cõſequenter datur
baptizato veſtis candida que debet ita
diſponi vt cooperiat totũ caput ꝛ om-
nia loca vnctionum. ſcilicet ſcapulas ꝛ
pectus ſecundũ Hugonẽ que candore
ſuo figuram prefert accepte nouitatis
ꝛ reſtitutionem innocẽtie: ꝛ ſpem futu
re immortalitatis. Hec eſt enim veſtis
in qua ad nuptias regis intrare quem
libet eſt neceſſe. Unde ſacerdos impo
nendo eam dicit. Accipe veſtem cãdi-
dam ſanctam ꝛ immaculatã. ideſt vite
innocẽtiam que tunc reſtituit᷑ ei: quam
perferas ad tribunal xpi: vt habeas vi
tam eternam amen. Poteſt tamen iſte
pannicul⁹ etiam ſeruari pro alijs pue-
ris baptizãdis in eccleſia: vt dicitur de
ꝯſe. di. iiij. ca. ſi quis vbi dicitur. Si qs
voluerit chriſmate iterum pannũ lini-
re et ſuper alium baptizãdum mittere
non eſt abſurdũ. Et vltio ſacerdos tra
dit puero in manus lampadem ſeu ce
reum incenſum quod ſignificat fidei ꝛ
amoris longitudinem. Lumen enim
ſignificat fidem: ſed incenſum ſignifi-
cat fidem informatam charitatis fer-
uore. In manibus autem acceptum ſi
gnificat bonorũ operum exhibitionẽ:
et cũ tali xpo omẽs occurrere debem⁹
ad iudicium veniente. Et ideo dicit ſa
cerdos. Accipe lampadẽ ardentem et
irreprehẽſibilem: et cuſtodi baptiſmũ
tuum: vt cum dominus ad nuptias ve
nerit poſſis ei occurrere vna cum ſan-
ctis et electis dei in aula celeſti vt ha-
beas vitam eternam: ꝛ viuas in ſecula
ſeculorum amen.

## De ſacramẽto cõfirmationis

Confirma hoc deus qd̄ ope
ratus es in nobis. Pſal.
Poſt ſacramentum baptiſ
mi ſequit᷑ aliud quod mai⁹
eſt ꝙ̃tum ad miniſtrorum dignitatem
Hoc eni a ſummis pontificibus. ideſt
epiſcopis vel ſuffraganeis tantũmodo
tradit᷑ ſicut ꝛ a ſolis apoſtolis tradeba
tur. vt dr̃ de ꝯſe. di. v. manus. Pri⁹ eni
vnctio poſtea ſequit᷑ ꝯfirmatio: ibi pec
catũ dimittit᷑. hic gratie dona dant᷑. Da
tur autem hic illa gratia qua cõtra ſin-
gula vitia ꝛ ſi non ſemper quãdoqꝫ ta-
mẽ pugnat᷑. Eſt aũt grã quaſi armatu
ra quedã que in hoc deſerto poſt tran-
ſitũ maris baptiſmi cõtra vitia pugna
mus. Sicut eni ſubmerſis egyptijs a
tergo ſequentib⁹ filios iſrael: filios iſrl
olim hoſtes oppugnauerũt per deſer-
tum: ſic ſubmerſo diabolo ĩ baptiſmo
qui primum nos inſequebat᷑ multa no
bis ꝑ hui⁹ vite deſertũ vitia conſtituit
cõtra q̃ vitia grã in hoc ſacramento eſt
data qua quaſi armatura quadam et
munitione quadam muniamur. Un-
de poſt baptiſmi ſuſceptionem in qua
eſt gratia collata ꝙ̃tum ad innocentie
et noue vite reſtitutionẽ congrue petit
eccleſia ſibi dari ſacramentum a deo ꝓ
quod in illa gratia cõfirmet᷑ dicẽs ver-
ba premiſſa. Cõfirma hoc de⁹ ſcilicet
per ſacramentũ confirmationis quod
operat⁹ es in nobis. ſ. per grãm baptiſ
malis renouatiõis. Iſta duo ſacramẽ-
ta ita ſunt cõiuncta ꝙ ab inuicem niſi
morte ꝑueniẽte nullaten⁹ poſſũt ſegre
gari: ꝛ vnũ ſine altero rite ꝑfici nõ põt.
Ita dicit melchiades papa ſcribẽs hiſ

panlarū epiſ: cuius verba ponuntur: de cōſe. di. v. de his vero. Diffinit autē iſtud ſacramētū ſm doctorē ſubtilē ſuper. iiij. ſententiarū. di. vij. q. j. ſic. Cōfirmatio eſt vnctio hominis viatoris aliqualiter cōſentientis vel libero arbitrio nonnunq̄ vſi facta in frōte figura crucis cū chriſmate ſanctificato ⁊ a miniſtro ydoneo ſimul cū intentione debita in vngente ⁊ verba debite proferente ſignans efficaciā et inſtitutione diuina vnctionē anime per gratiaꝫ roborans ad confitendū cū cōſtantia fidē xpi. Et ſm beatū Thomā ſuper iiij. ſententiarū. Confirmatio in re eſt ipſa linitio chriſmatis ſub forma verborum preſcripta.

## ¶ Que ſint de ſubſtantia huius ſacramenti.

Circa quod ſciendū eſt ſm Petrū de tharā. ſup. iiij. di. xvij. ⁊ archi. de cōſe. di. v. nouiſſime. Quinq̄ dicūtur de ſubſtantia huius ſacramenti. duo ex parte ſacramēti in ſe. ſ. materia chriſmatis. ideſt oleū cum balſamo ab epo ſactificatū. vt habet de cōſe. di. iiij. preſbyter. Nec poteſt ſine tali oleo cōferri hoc ſacramētū: eo q̄ ſm Tho. ſup. iiij. di. vij. q. ij. arg. iij. illa ſacramēta q̄ ſibi miniſtrū determināt etiā materiā ſanctificatā requirūt et exigunt. Sed ſacrm qđ nō determinat ſibi miniſtrū niſi q̄tū ad ſolēnitatē: nō habet materiā ſanctificatā q̄tū ad neceſſitatē: ſed q̄tū ad ſolēnitatē: vt baptiſm⁹. Et q̄a hoc ſacramētū determinat ſibi miniſtrū: ideo etiā reqrit materiā ſanctificatā ab eo q̄ eſt miniſter hui⁹ ſacramēti. ſ. ab ab epo. Quare aūt materia eſt chriſma oſtēdit arti. ij. dicēs q̄ hoc ſacramentū ſumpſit iniciū ab aduētu ſpūs ſancti in diſciplos qui apparuit in linguis igneis: ſed igni nihil conuenietius accipi poteſt loco eius ꝓ materia in cōfirmatione q̄ꝫ oleū: q̄a lucet et nutrit ignē. Figurā autē lingue conueniēter accipit balſamus propt odorem. q̄a propter cōfeſſionem lingue odor bone noticie dei diffundit in omni loco. Ideo ſicut viſibilis apparitio ſpiritus ſancti fuit in igne figurata in figura lingue. ita materia cōfirmatiōis eſt in oleo balſamato vt oleū ꝑtineat ad cōſcientiā quā oportet habere nitidā eos qui cōfeſſores diuine fidei conſtituunt. Et balſamus ad bonā famā pertinet quā oportet diffundere ⁊ verbis ⁊ factis in cōfeſſione fidei. Hec ſāctus Thomas. Et licꝫ xps circa inſtitutionē huius ſacramēti nō fuit vſus tali materia: nec apoſtoli poſt eum. tn̄ ideo hodie eccleſia nō vtitur incōgrue tali materia: eo q̄ xps nō alligauit potentiā ſuā ſacramētis. potuit eni ſine tali materia cōferre ꝑ aliū modū gratiā huius ſacramēti. Similiter ſm doctorem ſubtilem potuit cū diſcipulis diſpenſare in primitiua eccleſia: vt ꝑ aliū modū cōferrent hoc ſacramentū. maxime cum tunc erant aliqua ſigna ſenſibilia. vtputa deſcenſus ſancti ſpiritus deſuper. et donum linguarum q̄ oia accipiebant confirmati ꝑ aplos Unde non fuit neceſſaria eis materia huius ſacramenti in ſigno tam occulto: ex quo in magis viſibili ⁊ euidenti ori illud conferebant. Credit tamen idem doctor q̄ hec materia ab apoſtolis ſit inſtituta: licet nō legatur. Scđꝫ qđ eſt de ſubſtantia huius ſacramenti eſt forma verborū que eſt hec. Conſigno te ſigno ſancte crucis: ⁊ confirmo te chriſmate ſalutis: in nomine patris et filij ⁊ ſpiritus ſancti amē. Refert tn̄ archidiaconus de cōſe. di. v. c. nouiſſime. ⁊ ſm Hugonem ibidē tenuiſſe: q̄

nec forma predicta nec alia eſt neceſſa-
ria ⁊ de ſubſtantia huius ſacramenti:
immo credit ꝙ ſacramentum olei et ſa
cramentum chriſmatis poteſt cõferri
ſine verbo: dũmodo fiat vnctio de oleo
vel de balſamo conſecrato. Idē etiã no
tat. xcv. di. c. peruenit. Illud tamen ibi
dixit ſub dubio. Ego tamē iſtud dictũ
minꝰ recipio: nec admitto eo ꝙ nec iu-
re nec ratione conſiſtit: ⁊ omibus theo
logie magiſtris aduerſatꝛ. Tertium qđ
eſt de ſubſtantia huius ſacramenti qđ
requiritꝛ ex parte miniſtri eſt dignitas
põtificalis ſeu epalis ⁊ intentio debita
In tantũ eni requiritꝛ miniſteriũ pon-
tificis in collatione huius ſacramenti:
vt ſi per aliũ ſimplicē ſacerdotē fieret
etiam de cõmiſſione nõ valeret licet ſe
cundũ quoſdã papa poteſt ſimplici ſa
cerdoti committere vt poſſet hoc ſacra
mentũ cõferre. Et hoc tenet gloſa, ca.
iiij. de conſuetudine. Hoc etiam tenet
ibi Hoſtienſis. Hoc etiã tenet. Archi
diaconus. xcv. di. peruenit. Hoc etiam
idem approbat ſanctus Thomas ſu-
per. iiij. diſtin. vij. q. vj. arti. iij. vbi aſſi-
gnat rationē dicens ꝙ papa per hoc ꝙ
eſt epõrum ſummus non dicitur habe
re plenitudinē poteſtatis ꝑ relationē
ad corpus dñi verum ſed per relationē
ad corpꝰ myſticum. Et quia gratia ſa-
cramētalis deſcendit in corpus myſti-
cum a capite ideo omis operatio ĩ cor-
pus myſticum ſacramentalis per quã
gratia datur dependet ab operatiõe ſa
cramētali ſuper corpus dñi verum. Et
ideo ſolus ſacerdos poteſt abſoluere ĩ
foro penitentiali ⁊ baptizare ex officio
Et ideo dicendum ꝙ promouere ad il
las perfectiones que non reſpiciũt cor
pus dñi verum: ſed ſolum corpus my
ſticum poteſt a papa qui habet pleni-
tudinē pontificalis poteſtatis cõmitti
ſacerdoti qui habet actuz ſummũ ſuꝑ
corpus dñi verum: non autem dyaco-
no vel alicui inferiori qui non habet ꝑ
ficere corpus dñi verũ: ſicut nec abſol-
uere in foro penitētiali. Nõ autem po-
teſt ſimplici ſacerdoti cõmittere ꝓmo-
uere ad ꝑfectionē que reſpicit aliquo
modo corpus dñi verum. Et ideo ſim
plex ſacerdos ex mandato pape nõ po
teſt conferre ordinē ſacerdotij: quia or-
dines ſacri habent actum ſupra corpꝰ
dñi verum vel ſupra materiã eius. Po
teſt tamen concedere ſacerdoti ꝙ con-
firmet: quia confirmatio perficit eum
in actu corporis xp̄i myſtici: nõ autem
habet aliquã relationem ad corpꝰ dñi
verum. Et hoc dictum approbat in to
to Petrus de thara. ſup. iiij. ſniaꝝ. di.
iiij. ſcđo principali. q. j. ar. ij. Hoc idem
approbat Scotus. Et licet Bonauen
tura videatꝛ premiſſis contradicere, ta-
men aſſiſtendũ eſt maiori parti docto-
rũ predictoꝝ qui cum determinatione
eccleſie hoc approbantes cõſentiũt in
toto ⁊ concordãt. Quartũ quod eſt de
ſubſtantia huius ſacramenti eſt ex ꝑte
ſuſcipiētis ſcilicet locus ſuſcipiēs qui
eſt frons. Unctio eni fit ad cõſignificã
dum id quod confertur in ſacramento
Unde in cõfirmatiõe confertꝛ audacia
confeſſionis cuius oppoſitũ. ſcꝫ timor
et erubeſcētia principaliꝰ ⁊ euidentius
in frõte manifeſtantꝛ ideo fit vnctio frõ
tis. Hec eſt ratio Archi. de. ꝯſe. di. v. no
uiſſime. Alia aũt rõ ſcđm petrũ ſuper.
iiij. di. vij. q. iiij. qꝛ etiã robur in frõte ſi
gnatꝛ. iuxta illud. Eze. iij. Ecce dedi frõ
tē tuã duriorē frontibꝰ coꝝ. Unde tri-
bus ſacramētis fit triplex vnctio ſãcti
chriſmatis. ſed tñ diuerſificantꝛ ex fine
qꝛ in baptiſmo vt dictũ eſt fit in verti-
ce: ad ſignificandũ fidei ſuſceptionem
quia vertex eſt locus rõnalis. In cõfir
matione in fronte fit vnctio ad ſignifi-
candã audaciã confeſſionis: cuius ipe

tum ſcꝫ timor vel verecundia in pallo-
re vel rubore frõtis oſtēdit ex propin-
quitate cellule memoratiue ⁊ imagina
tiue. In ordine vero in manibus fit vn
ctio ad ſignificandū poteſtatē ꝯſecran
di corpus dñicū. Hec Petrus. Aliam
rationē ponit canon dicēs. Spiritꝰ ſā-
ctus i baptiſmo tribuit plenitudinem
ad inocentiā: in cõfirmatione augmen
tum ad grām preſtat. In baptiſmo re-
generamur ad vitā poſt baptiſmū con
firmamur ad pugnā. In baptiſmo ab-
luimur: poſt baptiſmū roboramur re-
generatio per ſe ſaluat: confirmatio ar
mat ⁊ inſtruit ad agones huius mūdi
et prelia. de ꝯſe. di. v. ſpiritus ſanctus.
His omnibus cõſonans Rabanꝰ de
inſtitutione cle. li. i. c. xxx. dicit. Signa
tur in baptiſmo baptizatus cum chriſ
mate in capitis ſummitate. id eſt i ver
tice per ſacerdotē ſimplicē per pontifi-
cem vero in fronte. vt in priori vnctiōe
ſcꝫ in ſūmitate capitis in baptiſmo ſi-
gnificetur ſuper ipſum ſpiritus ſancti
deſcenſio ad inhabitationem deo con-
ſecrandam in ſecunda quoqꝫ. ſcilicet i
confirmatione vt eiuſdem ſpiritus ſā-
cti ſeptiformis gratia cum omni pleni
tudine ſanctitatis ſcientie virtutis et
veritatis venire in hominem declare-
tur. Habentur iſta verba de conſe. di.
v. nouiſſime. Datur autem hec gratia
non ſolum cõmuniter ſicut in alijs ſa-
cramentis. ſed etiam ſpecialiter. ꝑ quā
quis deputatur ad effectum ſanctita-
tis et idoneus efficitur ad chriſtum cõ
fitendum. Et hec eſt maxima vtilitas
Unde hoc debent penſare homines
et iſtud ſacramentum non obmittere:
nam obmiſſio ipſius augmētum gra-
tie ſubtrahit.

## ¶ De accidentibus circa ſacramentū confirmationis.

Conſequenter vidēdum eſt
de accidētibꝰ huiꝰ ſacramē
ti q̄ ſūt quattuor. Primo ꝙ
iſtud ſacrm̄ eſt cõferēdum
a ieiuno epo: vt dicit canõ de ꝯſe. di. v.
vt epi. Hoc aūt eſt ꝑpter venerabilita
tē huiꝰ ſacramēti: qr venerabiliꝰ eſt vt
a ieiuno cõferat. In neceſſitate tn̄ ꝯfer
tur poſt prādiū: ꝑſertim qn̄ eſt multitu
do cõfirmādoꝝ: q̄ ante prādium com-
mode expediri non pōt. Uel qn̄ aliqui
ventūt de longinquo nõvolentes expe
ctare i craſtinū Uel qn̄ epus nõ pōt ex
pectare in craſtinū. Unde meliꝰ eſt vt
tūc confirment q̄ſi epo recedēte ſic di
mitterent. Scđo ꝙ iſtud ſacrm̄ ſit a ie-
iunis hoībus ſumendū ꝓpt reuerē-
tiā ⁊ honeſtatē huiꝰ ſacramēti: vt dr̄ in
capitulo vt ieiuni. de cõſe. di. v. Tn̄ vt
dictū eſt in neceſſitate etiā poſt prādiū
pōt ſuſcipi. Tertio ꝙ i ſuſceptiōe huiꝰ
ſacramēti dꝫ alter confirmatus tenere
cõfirmandū: eo ꝙ ille q̄ accedit ad illud
ſacramētū nõ hꝫ robur ꝑ ſe ſtandi. nec
preſumit ꝑ ſe ſtare: niſi adiutꝰ ab alio.
Lꝫ aūt de rõne huius ſacramēti cõfir-
matꝰ debeat eſſe q̄ illum dꝫ tenere: tn̄ ſi
nõ eſt ꝯfirmatꝰ ꝑpter hoc nõ eſt minu
tū hoc ſacrm̄: lꝫ grauiter peccet. de ꝯſe.
di. v. nouiſſime. Quarto reqrit ꝙ locꝰ
vnctiōis liget pāno quouſqꝫ ſiccet. Et
poſt modū etiā ſm Hugonē dꝫ hō eſſe
ſub quadā diſciplina i cuſtodiēdo chriſ
ma. ſ. ne caput lauet vſqꝫ ad ſeptē dies
ꝓpt ſeptē dona ſpūs ſcti q̄ tūc recipit
Hoc tn̄ hodie non bene ſeruat. Bonū
tn̄ eſſet ſeruare ꝑpt reuerētiā ſacri ⁊ ſi-
gnificationē ꝑdictā. Conſuetudo autē
nra eſt ꝙ ligatura illa portet vſqꝫ ad ter
tiū die: et tūc tertia die cõburet panni-
culꝰ: et locꝰ frõtis bn̄ cū ſale ⁊ aqua la-
uet: ⁊ aqua in focū vel i fornacē fundat

## ¶ Cautele huius ſacramēti.

PRimo caueat ſacerdos ne
aliquem prius confirmatū
confirmet: quia hoc ſacra-
mētū eſt irreiterabile cum
imprimat caracterē idelebilē ſicut ⁊ ba
ptiſm⁹. Et etiā quia magnam iniuriā
faceret ſacramēto qui iſtud reiteraret:
cum per hoc prima confirmatio iudi-
caret͛ nichil eſſe. Secundo caueat cōfir
mandus ne bis procurare ſciēter ſe fa
ciat. Nam talis pro penitētia debet in-
gredi monaſteriū: ⁊ ibi ſub habitu re-
gulari deo famulari: vt dicitur de cōſe.
di. v. dictum eſt nobis. Tertio caueat
ne vxor teneat in confirmatione virum
vel maritum ſuum: vel ecōuerſo propt͛
cōtrahendā cognationē ſpiritualē que
impedit matrimonium cōtrahendū ⁊
coniugalem actum. Nā tales debēt ab
ſtinere abinuicē vſq; ad mortē ipſorū:
et ſic ſeparari debent a thoro licet non
abſoluantur a vinculo matrimonij vſ-
q; ad mortem. Similiter caueat ne q̄s
filium proprium teneat: quia etiam cō
trahitur cognatio ſpiritualis inter con
iuges: non tamen matrimonium diri-
mens: ſed tamen grauiter puniunt͛ cō-
iuges. Similiter caueat ne ſoror fratrē
vel econuerſo teneat: quia ſufficit inter
tales vinculum cognationis carnalis
Si tamen fieret nichil impedit. ſed ta-
men honeſtius eſt abſtinere. Nam tur
pe eſt audire ſi frater vocaret ſororem
in hoc caſu cōmatrem: vel econuerſo.
Alij tū cognati vt patrueles fratrue-
les auunculi patrini ⁊c. bene poſſunt
tenere confirmandos nepotes et alios
Quarto caueat confirmandus vt non
accedat iſtud ſacramentum niſi cōfeſ-
ſus ſi eſt conſcius alicui⁹ mortalis pec
cati ne ponat obicem gratie quā ſuſce-
pturus eſt in hoc ſacramēto. Quantū
tamē eſt ex vi ſacramēti ſuſcipit ipſū ſa
cramētū: nō tū eſſe ſacramēti. ſ. grām.

## De ſacramento euchariſtie

Accipite ⁊ comedite. Mat.
xxvj. et de ꝯſe. di. ij. panis.
Quia ſuſcitati a pctis per
baptiſmum ⁊ confirmati ī
gratia per confirmationē ne laborātes
in via preſentis vite in certamine ſpi-
rituali deficiant. Opus enim habēt re
fici cibo ſpirituali alioqui ſaluatore te
ſtante. Si dimiſſi ieiuni fuerīt deficiēt
ī via. Mathei. xv. Ideo poſt duo ſacra
menta ſequit͛ tertium. ſcilicet venerabi
lis euchariſtia: quod eſt cibus anima-
rū noſtrarum iuxta illud Johānis. vj.
Niſi manducaueritis carnē. ⁊c. Ne igi
tur omittat͛ ſed frequētius ſumat͛ a fi-
delibus hortat͛ ſaluator in verbis pre-
miſſis dicēs. Accipite et comedite. Et
rect⁹ ordo eſt vt poſt baptiſmū et poſt
cōfirmationē ſumat͛ hoc venerabile ſa
cramentū ab adultis. Legimus ſiqui
dē q͛ ſubmerſis egyptijs ī mari rubro:
tranſitoq; mari predicto filij iſrael no-
uum paſcha in azimo pane fecerunt ī
deſerto: ſic nō ſubmerſis demonibus ī
baptiſmo cum pctis noſtris in deſerto
huius mūdi paſcha nouum in azimis
ſinceritatis ⁊ veritatis huius ſāctiſſi-
mi panis facere debemus. Circa vero
hoc ſacramētum excellētiſſimum tria
ſunt conſideranda. Primo quidē ſub-
ſtantia ipſius. Secūdo credēda ipſius
Tertio cautele. De primo ſciēdum eſt
circa hoc ſacramentū q͛ quattuor ſunt
de ſubſtātia ſui neceſſaria. Primū eſt
ordo ſacerdotalis. Nullus enī pōt hoc
ſacramentū cōficere niſi ſacerdos. vn-
de nec laycus nec angelus bonus po-
teſt hoc cōficere quia non habet quis
poteſtatem ſuper actum conſecratiōis
huius ſacramēti niſi ordinatus ī ſacer
dotē: nō enī meritis ſanctitatis: ſed au
ctoritate officij ⁊ miniſterij ſacerdota-

lis hoc ſacramentũ cõficitur. iuxta il-
lud. Nõ in meritis cõſecrantis ſed in
verbis cõficit ſacerdos. Ex quo patet
error illorũ q̃ dicũt q̃ ſi laycus profer-
ret verba canonis ſup panẽ triticũ cõ-
ficeret ſacramentũ: qd̃ omino eſt falſum
Nec debet quẽ mouere illa hiſtoria q̃
refertur de quibuſdã paſtoribus lay-
cis q̃ addiſcentes verba canonis ⁊ cõ
ſecrationis in eccleſia a ſacerdote tem
pore cõſecrationis prolata: ipſi etiã ve
nientes ad greges ſuos ſup pane protu
lerunt eadẽ verba: et ſtatim apparuit
puer pulcherrim⁹. Ibi ei nõ fuit caro
xp̄i ſicut ẽ in h̄ ſacramento a ſacerdote
cõfecto: ſed ibi fuit miraculoſe ex per-
miſſione diuina quedã figura ⁊ ſpeci-
es carnis diuinitus formata: nec ille
puer erat verus xp̄s deus ⁊ hõ habẽs
aiam ſicut eſt in ſacramẽto iſto per ſa-
cerdotẽ confecto vbi realiter eſt xp̄us:
cũ diuinitate ⁊ humanitate et aĩa ſua
ſicut nũc eſt in celo. Nec etiã illa caro
illi⁹ pueri adorãda fuit ſicut xp̄us: nec
ſumẽda pro corpore xp̄i: ꝫ pro quodã
miraculoſo corpore ⁊ opere diuino ve
nerãda ſicut alia miracula diuina. Si
cut etiã dicimus de ſanguine illo q̃ di-
citur exiuiſſe de imagine lignea paſſio
nis xp̄i: quã cuꝫ quidã iudei in celario
cõfodiſſent in contumeliã xp̄i ſubito
emanauit quidã humor ſanguineus ĩ
maxima quãtitate: quo viſo iudei illi
fuerũt cõuerſi. Ille eni humor nõ fuit
ſanguis xp̄i verus ſicut eſt in hoc ſa-
cramẽto: nec dignus tali adoratiõe ſi-
cut q̃ eſt in calice: ſed modo ſuo venerã
dus tanq̃ꝫ miraculoſum opus dei. Et
de tali humore ſanguineo collecto in
loco predicti celarij fuit per diuerſas
partes mundi diſtributũ. Ex quo per
uenerat error fidelium qui putãtes ve
rum xp̄i ſanguinẽ eſſe adorabant eum
adoratione latrie. et ſic idolatrabant.

imo dato q̃ fuiſſet verus ſanguis xp̄i
ſub cruce xp̄i collectus: adhuc minus
eſſet adorãdus q̃ꝫ iſte qui eſt in calice
p̄ ſacerdotẽ conſecratus. Ratio huius
ẽ: q̃a ille diuiſus ẽ diuinitate q̃ꝫ cito de
fluxit ad terrã de xp̄o. nõ potuit dici fi
lius dei amplius niſi xp̄o reunitus et
reintegratus. Iſte aũt qui eſt in calice
cõiunctus eſt diuinitati: q̃a de ipſo ſan
guine verũ eſt dicere. Hic eſt verus
filius dei. Cũ ibi ratione concomitan
tie ſit etiã vera caro xp̄i ⁊ aĩa eius ⁊ di
uinitas. Archi. de cõſe. di. ij. q̃ mandu
cãt. tenet q̃ non remanſit aliquis ſan-
guis ſub cruce dñi nec etiam de carne
preputij: ſicut rome monſtrat̃ ſthildeſ
heym. ſed erronee quia tunc habuiſſet
duo preputia: quod tñ eſt falſum et nõ
tenẽdum. Magne itaq̃ꝫ dignitatis ſũt
ſacerdotes qui hoc poſſunt qd̃ nullus
citra deum facere poteſt. Sed p̄chdo-
lor dignitatẽ ſuam minime attendunt
nullius pene reputãtes eſtimationis
Scd̃m qd̃ eſt de ſubſtãtia huius ſacra
menti eſt materia debita. ſ. panis triti
cus. ⁊ hoc ideo q̃a dñs ſe grano tritici
cõparauit. Joh. xij. Tum etiã q̃a xp̄s
credit̃ ſic ꝯſecraſſe. Uinũ vitis eſt ma
teria debita ⁊ neceſſaria. q̃ xp̄s ſe viti
cõpauit Joh. xv. Iſta autem duo. ſ. pa
nis ⁊ vinũ ita ſunt cõiuncta in cõſecra
tione vt nequaq̃ꝫ vnũ ſine alio debꝫ cõ
ſecrari aut a celebrãte ſuſcipi. Juxta il
lud Gelaſij. Sacerdos corpus xp̄i ſi-
ne eius ſanguine nunq̃ꝫ debet ſuſcipe
aut eni integre ſumat. aut ab integris
abſtineat: q̃a vnius eiuſdeq̃ꝫ myſterij
diuiſio ſine grãdi ſacrilegio nõ poteſt
puenire. de cõſe. di. ij. cõperimus. Nõ
putet tamen quis ex hoc q̃ ſacerdos
quantũ eſt de ratione ſacramenti non
poſſet cõſecrare hoſtiam per ſe ſine ca
licis conſecratione. quia forma conſe-
crationis panis et calicis non ſe expe-

etant: qꝛ altera ſine altera totū effectū
operatꝛ ꝗ̄cito profertꝛ. Sed tamen dico
ꝙ hoc ſacerdos non poteſt facere ſine
graui pctō. Addenda eſt etiā vino mo-
dica aqua que ſignificat cōiunctionem
populi ad xp̄m in hoc ſacramento. Et
lʒ ſine aqua in ſolo vino pōt confici: nō
tamē ſine graui pctō. Econuerſo vero
ſine vino in ſola aqua nichil conficitꝛ. ⁊
hoc tūc grauꝰ eſt peccatū ꝙ̄ꝫ primum
propter idolatriā quam cōmittit popu
lus tēpore celebrationis ⁊ eleuationis
quoꝝ omnium eſt reus celebrās. Ter
tiū quod eſt de ſubſtantia huius ſacra
menti eſt debita forma verboꝝ que eſt
hec ſuper hoſtiā Hoc eſt enim corpus
meū. ⁊ ſuper ſanguinē. Hic eſt eni ca-
lix ſanguinis mei noui et eterni teſta-
menti. myſteriū fidei q̄ ꝓ vobis et pro
multis effundetꝛ in remiſſionē pctoꝝ.
Circa quod ſciēdum eſt ꝙ lʒ illa coniū
etio eni poſita in ambabus formis nō
ſit de ſubſtantia forme ſimpliciter ne-
ceſſaria: debet tamē apponi ſcdm vſū
eccleſie qui vſus a beato Petro initiū
ſumpſit et grauiter peccant omittētes
eam. Quod autē premittitꝛ. Accipite ⁊
manducate ex hoc oēs pertinet ad vſū
ſacramenti ⁊ non eſt de ſubſtantia for-
me. Sed ſi queritꝛ quomodo iſta locu-
tio eſt vera cū ſacerdos dicit. hoc eſt ei
corpus meum. Hoc enim videtur fal-
ſum ſi ex perſona ſacerdotis illa verba
dicantꝛ cū ſacerdos nō intēdat confice-
re ibi ſuū propriū corpꝰ ſed chriſti. Ad
hoc reſpondetur breuiter ꝙ iſta verba
ſacerdos nō profert ex perſona ſua. ſed
chriſti. demonſtrat autem illud prono
men hoc verum corpus chriſti in ordi
ne ad totam cōpoſitionem huius for-
me Hoc eſt eni corpus meū. Non ꝙ ꝓ
lato iſto ſolū ꝓnomine hoc ſtati fit cor
pus xp̄i ſed ꝓlata tota forma a xp̄o iſti
tuta quia in vltima prolatiōe iſtorum
verborū fit tranſſubſtantiatio ad quā
ordinantur precedētia. Et pro iſto vlte
rius ſciēdum eſt ꝙ ſcdm beatū Tho.
ſup. iiij. diſ. viij. q. v. ar. ij. Forma huiꝰ
ſacramēti differt a formis alioꝝ ſacra
mentoꝝ in duobus. Primo qꝛ forma
aliorū importat vſum materie. forma
aūt iſtius importat cōſecrationem tan
tū que cōſiſtit in tranſſubſtantiatione
materie. Unde miniſter vel ſacerdos ī
conficiēdo hoc ſacramentū non habet
aliū actū niſi prolationem verborū ex
perſona chriſti. Secundo qꝛ aliorū ſa-
cramentorū forme ex perſona miniſtri
proferuntꝛ. Forma aūt iſtius ſacramē-
ti a miniſtro in perſona profertꝛ chriſti.
Ad intelligendum autē quodlibet ver
bum poſitum in hac forma eſt ſciēdū
ꝙ hec forma eſt ſufficientiſſima. Pri-
mo quātū ad operatiuā potentiā quia
cum factio habeat ſuam cōpletionem:
ideo conueniēter ponitur iſtud prono-
men hoc demonſtrans panem qui eſt
tranſſubſtantiatus in panem xp̄i: ⁊ eſt
idem cū corpore xp̄i. Secūdo eſt ſuffi-
ciens quantum ad modum operandi.
quia hic terminꝰ ad quem eſt ſine om-
ni immutatione ex parte ſui. Ideo be-
ne ponitꝛ ly eſt deſignans permanētiā:
et non ponitꝛ verbum fiendi. ſcʒ erit de
ſignans mutationem. Tertio eſt ſuffi
ciens ex parte operis. quia hic corpus
chriſti verum deſignat corpus chriſti
myſticum: quod habet diuerſas par-
tes ⁊ forte diuerſarū rationū ꝓpter dif
ferentē gratiam gratis datā. ideo me-
lius dicitꝛ corpꝰ ꝙ̄ꝫ caro. Quarto eſt ſuf
ficiēs ex parte operātis. Uñ quia cor-
pus chriſti nō tm̄ ſignat corpus xp̄i ve
rū: ſed etiam ſignificat corpus xp̄i my
ſticū. ⁊ cum hoc nō poſſit facere ſecun
dū ſe ſed inq̄ꝫtum eſt vnū vel vnitū cū
diuinitate. ideo congrue ponitur ibi ly
meū. Quinto eſt ſufficiēs ex parte effe

ctus principij. vnde q̄r iſte effectus ſcʒ corp⁹ chriſti eſt tante nobilitatis ꝙ nō fit in ſacramento niſi a deo immediate nec miniſter habet aliquē actū ſpecialem i iſto ſacramēto ſicut in alijs. ideo conuenienter factū eſt ꝙ iſta forma nō profertur in perſona alicui⁹ ſed dei abſolute: ſicut vox hominis per turbam: ita dei per hoīem. Quartū quod eſt de ſubſtantia huius ſacramenti eſt intentio cōſecrantis. ſ. vt in ſpeciali vel in generali hoc facere velit quod facit eccleſia: vel quod fecit xp̄s ꝛ ſtatuit faciendū. Licet tamē intentio ſemper eſt neceſſaria. de ſubſtantia non tamen attētio. Unde ſi mens rapitur ad alia ex infirmitate vel negligētia vel incuria nō ideo eſt min⁹ cōſecratuʒ ꝗ̄ ſi affuiſſet attētio. Peccat tamē ille q̄ conſecrat ꝛ nō intelligit: ꝛ ſe non recolligit quanto attentius poteſt ad conſecrationē. Nā dʒ attentus eſſe ad hoc vt cōſideret q̄d facit. ꝛ tūc maxime q̄n plures hoſtias cōſecrat pro cōmunicātibus. vnde debet habere reſpectuʒ ſpecialē ad alias hoſtias omēs que ſunt coram eo. alias enim ſi haberet generalē intentionem ad oēs hoſtias que ſunt i altari. ſtaret q̄nq̄ꝫ ꝙ etiam illas que ſūt in pixide reſidue conſecraret ſcd̄m quoſdā. Mihi aūt nō apparet hoc: q̄r ex quo nō intendit cōſecrare alias niſi que ſunt coram ipſo de propinquo cumulate ad vnum locū quātumcū̄qꝫ generaliter intēdat ſuper eas nō conſecrabit niſi illas. Similiter dico ꝙ ſi hoſtia aliqua taceret ſub palla non cōſecrata. abſconſa in tēpore cōſecrationis forte per obliuionē clerici dimiſſa ex q̄ ſacerdos de ea non intendit non eſt cōſecrata. Secus dico ſi habet intentionē ad oēs que ſunt ante eū: tūc ꝛ illam hoſtiam abſconſā cōſecrabit. Tn̄ dicit Joannes caldinēſis in ſupplicationibus ſuis de officio ordinarij. Si ſacerdos. ꝙ ſi ſacerdos credens ponere. xvj. hoſtias ponit. x. ſi intentione ſua eſt tm̄ conſecrare quantū habet āte ſe oēs ſunt cōſecrate Et ideo dicendum eſt ꝙ ſufficit ſacerdoti habere intentionē determinatā faciendi vt facit eccleſia ſuper totā materiā preordinatā ſine ſpecificatiōe numeri ſcd̄m magiſtrū Frāciſcum de braga i quadā queſtiōe diſputata. Idē dico de vino pfuſo ſuper altari per negligentiam pfuſionis tempore i calicem q̄r illud nō cōſecrat̄ dum ſacerdos nō intēdat ſuper illud. Et ideo dixi ꝙ maxime requirit̄ intentio ſuper illa que ſūt corā ſacerdote poſita i tali loco tm̄ et nō in alio. Ex illo ſoluit̄ dubiū: an ſciſmaticus vel hereticus cōficiat hoc ſacramētum. Patet etiā ꝙ ſic cum talis pōt habere intētionē eccleſie in cōficiēdo. ꝛ hoc maxime vniuerſalem ſcʒ intēdēdo facere q̄ꝺ chriſtus fecit ꝛ iſtituit faciēdum. et q̄ꝺ eccleſia facit lʒ etiā nō intēdat in ſpeciali: quia ex quo eſt in hereſi vel i ſciſmate: ipſe certus eſt ꝛ credit nil valere vel facere propter peccatum i quo eſt. Nec obſtat capitulū ſciſma. xxiiij. q. j. vbi dicitur: ꝙ ſciſmaticus execrare poteſt nō autē cōſecrare: quod intelligit̄ quantū ad efficaciā ſacramēti: quia nō operat̄ effectum ſalutis in illo ſic cōſecrante illam vel cōficiēte propter ſciſma vel hereſim: ſed tamen eſt verum corp⁹ chriſti. Similiter etiam illud itelligitur. ſcilicet vbi dr̄ Nō eſt corpus chriſti quod ſciſmaticus cōficit. id eſt ꝙ nō eſt verū corpus xp̄i quātum ad cōficientē i ſciſmate vel hereſi quia ſibi nō proficit: ſʒ officit. id eſt nocet. Nichilominus tamen quantū eſt ad veritatem ſacramēti eſt verū corpus xp̄i. Similiter in. c. audiuimus. vbi dicit̄: ꝙ ſciſmatic⁹ execrare poteſt. nō autem conſecrare itelligit̄ vt dictum eſt. Unde patet illos in-

diſcrete facere qui ſacramentum ꝑ gre
cos aut rutenos confectū in forma ec-
cleſie blaſphemāt ⁊ derident cū ibi ſit
verū corpus xpi. Conſultius tñ iſti fa
cerent vt illuc non intrarent nec inſpi-
cerent in ipſorum eccleſias ꝙ̄ vt veniē
tes illuc derideāt. Concludendo ergo
dico ꝙ ad hoc ſacramentum conficien
dum ſufficit triplex cōditio ex parte cō
ficientis. Primo ꝙ ſit ſacerdos rite or
dinatus. Secūdo ꝙ poſſit verba ꝓfer-
re conſecrationis. Tertio ꝙ poſſit ha-
bere debitā intentionem faciēdi quod
facit eccleſia. Propter defectū prime
conditionis nullus laicus quātūcūqꝫ
ſanctus nec ſacerdos gentilis vt tarta-
roꝝ conficiūt: quia nō ſunt rite īforma
eccleſie ordinati. Propter defectū ſe-
cūde cōditionis mutus nō poteſt cōfi-
cere: quia nō poteſt verba cōſecratiōis
proferre. Propter defectū tertie condi
tionis carēs vſu ratiōis ⁊ ebrioſus nō
dum digeſtus nō poſſunt cōficere cum
nō habeant intētionem debitam. Sed
prima conditio eſt propria: quia ſolus
ſacerdos et quilibet poteſt cui poſſunt
cōpetere iſte conditiones. ſcilicet prola
tio ⁊ intētio. Nec obſtat ſi inſtatur de
degradato ꝙ non ſit ſacerdos quod ta
mē nō eſt verū: quia caracterē ſacerdo-
talē ſibi ſemel in ordinibus ſuſceptis
collatum nullꝰ poteſt delere. Quāuis
taliter degradatꝰ perdat priuilegium
clericale ⁊ traditur curie ſeculari: tamē
ſi celebraret ꝯficeret: qꝛ auctoritas ſub
ſtātifica nō eſt ſibi ablata quātū ad ve
ritatē ſacramēti: ſed tñ quantū ad exe
cutionē legitimā qua caret quo ad ſe ⁊
ad alios ⁊ quo ad totam eccleſiā. Quā
do autē dr̄ ꝙ ſciſmaticus: excōmunica
tus: hereticus ⁊ degradatus nō confi-
ciant: itelligendum eſt ꝙ non conficiūt
rite ⁊ ordinate nec legitime quantū ad
efficaciā ſacramēti: vt ſcꝫ. ſit vtilis illa
cōfectio ad ſalutē eis. ſed tñ conficiunt
quātum ad veritatem ſacramēti. ⁊ hoc
catholice ſētiēdum eſt de iſto ſacramē
to omiſſis opiniōibus multorum. Et
ſi quis contra predicta obijciat magi-
ſtrum ſentētiarū. li. iiij. diſ. viij. vbi di-
cit tales nō poſſe cōficere. Salua pace
magiſtri dico ꝙ in hoc nō tenet̄. tamen
propter ſui reuerētiam vt eius dictum
potius valeat ꝙ̄ pereat: intelligēdū eſt
ꝙ tales nō poſſunt conficere de iure et
ſine peccato ſeu ordinate: ſed de facto
bene poſſunt. Nec moueat aliquem ra
tio magiſtri ibi poſita per quam dicit
ideo non poſſe predictos cōficere: quia
nemo in iſta conſecratione dicit. Offe-
ro: ſed offerimus hoc ſacrificium. Ne-
mo igit̄ niſi fuerit membrū eccleſie po
teſt dicere cum alijs offerimus quaſi
eſſet vna de perſonis eccleſie. Unde cū
heritici ⁊ ſciſmatici non ſint mēbra ec
cleſie non poſſunt dicere offerimꝰ ergo
nec cōficere Ad qđ dicimus ꝙ oblatio
nō pertinet ad rationē conſecrationis.
vnde non neceſſario requirit̄ vt offera-
tur. Ita ſoluit doctor ſubtilis ſup. iiij.
diſ. viij. q. ij. ⁊ Tho. eadem diſ. q. j. arg.
j. ij. ⁊. iiij.

## De credendis circa hoc ſacramentum.

Ante omnia credendum eſt
ꝙ in hoc ſacramento idem
chriſtus qui de virgine na
tus eſt et pro nobis paſſus
eſt cōtinetur. Et ſicut ibi verꝰ eſt chri-
ſtus. ita etiam eſt ibi ſub vna quātita-
te ſed nō quātificatiue: hoc eſt tantum
dicere ꝙ non vtitur illa quātitate occu
pando locum. Sic etiam nō vtitur cla
ritate ſua illuminādo aerem. Secūdo
credēdum eſt ꝙ corpus xpi pōt eſſe in
pluribus locis quantūcūqꝫ plures pa
nes trāſſubſtantiant̄ in ipſū. Uñ in ce-

lo eſt localiter: ⁊ verbo diuino ꝑſonalit̃ in altari ſacramētaliter. Scḋm natura le eius eſſe eſt i celo in vno tm̄ loco. ſm eſſe ſacramētale eiꝰ pōt eſſe in diuerſis locis. Eſt ergo hic ſm ꝙ multa in ipm tranſmutari pñt. Sed ſm eſſe ꝑſonale nō eſt i loco. Uñ dicit Petrꝰ de tharā taſia ſm ꝙ vnū eſt ⁊ īdiuiduū in ſe nō pōt eſſe niſi i vno loco: ſicut nec angelꝰ nec aliud corpꝰ. ſed ſm ꝙ in ipm multa trāſmutari poſſunt īdiuidua. ſic pōt eſſe i diuerſis locis. diſ. x. q. iij. ar. ij. ſuper. iiij. ſentētiarū. Tertio credēdū eſt ſcḋm Tho. ꝙ cū corpus xp̄i apparet in ſpecie carnis vel pueri: vtrū ibi appareat verū corpꝰ xp̄i. vł an ille ſpecies ſint ꝓprie corporis xp̄i: non oīno determinatū eſt a doctoribꝰ. Tñ ſecure dicitur ꝙ ille dimēſiones panis manēt: et in eis alia accidētia ſēſibilia ſupducuntur diuina virtute q̄ ſpeciē carnis ꝓtendant: ſicut accidētia q̄ prius erāt pretēdebant ſpeciē panis. Qñ tñ appareret ſub forma carnis vel pueri nō dꝫ ſumi ſed ꝓ reliquijs ſeruari. Quarto credendū eſt ꝙ illa accidentia manēt ſine ſubiecto poſt conſecrationem virtute diuina retinent tamē ibi modū agendi vel patiēdi in corpore xp̄i quem prius habuerunt. Quinto credendū eſt ꝙ facta conſecratione vlterius nō manet i hoſtia cōſecrata ſubſtātia panis: nec in vino ſubſtātia vini: ſꝫ ſtatim corpus xp̄i fit in hoſtia ⁊ ſāguis chriſti i calice. Et ratio ſcḋm beatū Thomā eſt qꝛ oppoſitū huius dicere repugnat verbis xp̄i Nō eni eſſet verū dicere. Hoc eſt enim corpus meum. ſed hic eſt corpus meū Item ſi remaneret ſubſtātia panis tolleret reuerētia chriſto debita. vt contineꝛ in hoſtia. Nā xp̄o vt cōtineꝛ in hoſtia debetur cultus latrie: ſed ſi ibi maneret ſubſtātia panis nō deberet talis cultus latrie exhiberi ꝓpter idolatriā adorādo creaturam. Et licet multi doctores huic cōtradicant ſententie: tamtamen pro catholica concluſa eſt ſub Alexādro q̄rto papa ⁊ Martino quīto Sexto credēdū eſt ꝙ fractio q̄ fit in hoſtia nō fit in corpe chriſti: ſed tm̄ in ſpeciebus hoſtie. Unde ibi accidētia manētia ſine ſubiecto dicuntur frāgi ſecūdum Petrum. di. xii. ar. principali. q. j. quia alias fractio eſt quedā diuiſio: diuiſio vero eſt paſſio q̄ti vt q̄tū. In ſacramēto vero aliquid eſt q̄tū per modum quantit̄ ſpecies: aliquid eſt q̄tū ſed nō per modum quāti. vt corpꝰ chriſti. Ideo dicendum eſt ꝙ fractio vel diuiſio fit in ſpeciebus ⁊ non in corpore chriſti. Septimo credendum eſt ꝙ corpus chriſti i hoc ſacramēto proprie nō videtur: nec ſanguis corporalis. Ratio Gre. quia tūc ibi non eſſet aliud viſum ⁊ aliud creditum. Item alia ratio naturalis: quia nullum corpus videri poteſt niſi habeat accidentia in eſſentia: vel niſi ſit coloratum formaliter: vt patet de pariete: ſed color albus nō eſt in hoſtia formaliter: ergo non poteſt videri proprie. Nec tamen errant layci qui dicunt ſe videre corpus chriſti: ſicut illi non errauerunt qui dicebant ſe videre angelos i aſſumpto corpe quos tamē nō viderūt inq̄tum fuerūt ſpūs Et ſimile eſt de hoīe armato quē dicis te videre: cum tamē nec faciem nec mēbrū aliquod nudū eius videas: immo vt dicit Uarro. di. x. q. ix. Nulla creatura naturali cognitione nec angelus poteſt cognoſcere ibi eſſe corpus xp̄i: licet tamē viſiōe glorioſa ⁊ intellectuali poteſt cognoſci oculus tñ glorificatus illud videre nō poteſt corporaliter ſcḋm Thomā. Unde glorificati vident corpus xp̄i in ſacramēto viſiōe ītellectuali ⁊ nō corporali. Octauo credendū eſt ꝙ in hoſtia ſunt quattuor: et quattuor

veraciter in calice credēda cōtinentur
Primo enim in hoſtia virtute verbo
rum eſt corpus xpi. Ratio quia illud
veraciter continetur in hoſtia de quo
verba faciūt mentionē; ſed hoc ſolum
eſt de corpore xpi: qa ibi dicitur. Hoc
eſt enim corpus meum: vbi nihil dici
tur de anima nec de deitate nec de ſan
guine. Secūdo ibi eſt ſanguis xpi nō
principaliter: ſed ex cōcomitantia qua
dam neceſſaria: qa corp⁹ verū et viuū
nō eſt ſine ſanguine: vnde dicitur ani
ma eſſe in ſanguine. Tertio ibi eſt aīa
xpi ex cōcomitantia mediata. qa im
poſſibile eſt animā informare ꝛ perfi
cere corpus niſi corpus ſit diſpoſitū:
ſed ſine ſanguine nō eſt ibi corpus be
ne diſpoſitū nec etiā organizatū. Ibi
ex cōſequenti etiā eſt anima. cū ibi ſit
corpus diſpoſitū per ſanguinē: et hoc
eſt dicere mediāte ſanguine. Quarto
eſt ibi deitas ex quadā concomitantia
remota: qa corpus ꝛ deitas ſunt diſpa
ria: tamē ex quo xps natus fuit ex ma
ria virgine verus homo et deus: ideo
etiā hic eſt verus hō ꝛ deus. Similit
dr de calice ꝙ ibi primo eſt ſāguis. qa
de illo verba faciūt mentionē. Secun
do ex cōcomitantia immediata ibi eſt
corp⁹ xpi. Tertio ex cōcomitantia me
diata ibi eſt aīa xpi. Quarto ex conco
mitātia quadā remota ibi eſt deitas.
¶ Nono credendū eſt ꝙ in hoc ſacra
mēto aliqd ē ſacr̄m ꝛ nō res ſacramē
ti: ſicut ſpecies ſenſibilis panis ꝛ vini.
ꝛ ille ſpecies ſunt creature. Unde ado
rator vidēs hoſtiā nō debꝫ ferre intēti
onē pncipalr̄ ad id qd videt ſꝫ ad id qd
credit ibi eſſe. ſ. xpm. Scḋo inuenitur
ſacramentū ꝛ res ſacramēti. ꝛ hoc eſt
verū corpus xpi ꝛ ſanguis eius. Iſta
autē dicūtur ſacramētum ꝛ res ſacra
menti per reſpectū ad miniſtrum vel
ſacerdotē ſub debita forma conficien
tem. Unde dr ſacramentū quaſi ſacre
rei ſignū quia ſignificat ſpiritualē re
fectionē aie. ꝛ dr res: quia hoc ipm fa
cit p gratiā qd continet. Tertio eſt ibi
aliquid qd eſt res ſacramēti ꝛ nō ſacra
mentū: ſicut eſt grā gratis data digne
ſuſcipienti. ꝛ hec grā eſt res ſignifica
ta: nihil tn̄ ſignificati. Quartū ibi eſt
qd nec eſt res ſacramēti nec ſacramen
tū: vt ſunt illa oīa que ſunt concomitā
tia hoc ſacr̄m ſiue ſint accidētia ꝓpria
ſiue cōia. ꝛ illa dicūtur potius forme
accidentales ſiue ſpecies. ¶ Decimo
credendū ꝙ licet ſacerdos debeat ſub
vtraqꝫ ſpecie ſumere hoc ſacramentū
cū celebrat tn̄ populo ſufficit ſumere
ſub ſpecie panis tm̄. Et ratio eſt: quia
ſm Archidiaconū de conſe. diſ. ij. Cō
perimus. In hoc ſacramēto nō ſolū at
tenditur efficacia ſed etiā ſignificātia.
Significatur eni per iſtas duas ſpeci
cies. ſ. corporis et ſanguinis ſeorſum
ſumptas p ſacerdotē tēpore celebratio
onis ꝙ ſanguis xpi in cruce fuit diui
ſus a corpore ſuo: vt dicit Gorra ſuper
Mattheū. Cū aūt ſacerdos tm̄ et nō
poplꝰ hꝫ hui⁹ facti ſignificationē ex
ordine ſuo exprimere tm̄ ipſe ꝛ nō po
pulus: tūc ſub vtraqꝫ ſpecie debet ſu
mere: eo ꝙ ipſe tūc gerit vices xpi: po
pulus aūt nō. ꝛ ideo pplo nō eſt opus
de ſignificātia ſed de efficacia. Et qa
efficacia eſt equalis ſub vtraqꝫ ſpecie.
ideo populo traditur ſub altera ſpecie
in qua trahi poteſt cum reuerentia et
cautela. A preſbyteris autē tm̄ ſumit
ſub vtraqꝫ ſpecie. Et pro iſto ſciendū
ſm Tho. in. iij. parte. q. lxxxij. arti. vlj
ꝛ. vlti. ꝙ circa vſū huius ſacri poſſūt
duo conſiderari. vnū ex parte ipſius
ſacramēti. et aliud ex parte ipſorū ſu
mentium. Ex parte ipſius ſacramēti
cōuenit ꝙ vtrūqꝫ ſumatur. ſ. corpus ꝛ
ſanguis: qa in vtroqꝫ cōſiſtit perfectio

ſacramenti. ⁊ ideo ad ſacerdotē ꝑtinet hoc ſacramētū cōſiderare ⁊ cōſecrare ⁊ ꝑficere. nullo modo debet recipe corpus xpi ſine ſanguine. Ex parte autē ſumentiū requirit̃ ſūma reuerentia ⁊ cautela. ne aliq̄d accidat qđ vergat in iniuriā tanti myſterij: qđ ꝑcipue poſſet accidere in ſanguinis ſumptione. q̄ quidē ſi incaute ſumeret̃ de facili poſſet effundi. ⁊ q̄a creſcēte multitudine populi xpiani in qua continent̃ ſenes et iuuenes quoꝝ quidā nō ſunt tante diſcretionis vt cautelā debitam circa vſum huius ſacramenti adhiberent. ideo prouide ordinatū eſt vt pplo ſub altera tm̄ ſpecie detur. Hoc idem tenet Tho. ſup illud Joh. vj. Niſi manducaueritis dicens. Nō eſt de neceſſitate ſalutis perceptio ſanguinis ſicut corporis xpi: cū xpus totus ſub altera ſpecie tm̄ ſumit̃. In hoc ipſum ſequit̃ lyra ibidem dicens. Nō eſt intelligendum ꝙ ſub vtraq; ſpecie ſit fidelibus exhibendum: ſed tantum ſacerdotib⁹ ſumendum.

## ¶ De cautelis ſeruādis circa hoc ſacramētū ex ꝑte ſumētiū

Et quia duplex ſtatus vtitur hoc ſacramēto ad ſalutem. ſ. ſecularis et ſpūalis: ideo q̄libet habet ſuas cautelas. Unas igit̃ oēs tā ſpecialis cuilibet eoꝝ ꝗ̄ cōis vtriſq; ſimul. Et ṗmo cauendū eſt oībus ne in peccato mortali ſumāt hoc ſacramētū. nā ſic peccarent grauiter. iuxta illud. j. ad Choꝛ. xj. Qui aūt mādūcat indigne: iudiciū ſibi mādūcat ⁊c. Sūt aūt qui ſufficiēter ſe preparāt ſm veritatem. ſ. qui expellūt diabolū de corde ſuo ꝑ verā examinationē cōſcientie ⁊ per contritionē ſiue iudiciū penitentie. ⁊ ibi conſequuntur gratiam ⁊ mādūcant digne. Alij ſunt qui ꝑparant ſe ſufficiēter: nō tamē ſm veritatē ſed ſm proba bilitatem: ita ꝙ eſtimant ſe carere pctō. qui tamē ſi facerēt maiorē cōſcientie inq̄ſitionē inuenirēt ſe reos. ſed tn̄ ſunt parati: q̄a ſi ſcirēt pctm̄ in ſe vellent cōfiteri: nō tn̄ apponūt ad hoc omnimodam diligentiā. Et hi ꝗ̄uis gratiā nō ꝑcipiant: nō tn̄ incurrūt offenſam: q̄a nec ſumunt digne nec indigne ꝗ̄uis ſint indigni. Tertij ſunt q̄ neutro modo ſe ꝑparant: imo contēnunt ⁊ hi peccant mortaliter ⁊ ſumūt indigne. Unde indigne accedūt triplices homies. Primi q̄ cū cōſciētia mortalis peccati ⁊ ſine propoſito penitēdi accedunt. Secūdi q̄ alit̃ ꝗ̄ eccl'ia ſtatuit accedūt vel extra eccleſiā: vt ſciſmatici vel heretici. Tertij q̄ ſine reuerētia accedūt ſicut faciūt multi q̄ premūt ſe ad altare et vnus in aliū q̄nq; ꝑuocatur. vel vt quidā ſacerdotes ꝑparantes ſe ad celebrādū diſtracti accedūt ⁊ feſtināt. ita ꝙ q̄nq; obliuiſcūtur q̄d faciūt. et licet q̄s nō poſſit hr̄e certitudinē an ſit imunis a peccatis. pōt tn̄ hoc ꝑpēdere ꝑ q̄ttuoꝛ ſigna. Primū eſt cū quis v̄ba dei deuote audit. Jo. viij. Qui ex deo eſt v̄ba dei audit. Scđm cū q̄s ad bene opandū ꝓ̄ptū ſe iuenerit. q̄a ꝓbatio dilectiōis eſt exhibitio opis ſm Gre. Tertiū cū q̄s ꝓpoſitū abſtinēdi a peccatis in futurū hꝫ. Quartū eſt cū q̄s de ꝑteritis cōmiſſis dolet. vñ ſi q̄s ꝑ hmōi ſigna facta diligēti diſcuſſione ſue cōſciētie ꝗ̄uis forte nō ſufficiēti ad ſacrā cōionē accedat aliquo pctō mortali in eo remanēte: qđ eius cognitionē ſubterficiat nō peccat: imo magis ex ſacramēti pctōꝝ remiſſionē cōſeq̄tur: q̄a iſtud ſacramētū venialia delet ⁊ mortalia oblita. Scđa cautela eſt oībus cōis ne q̄s pollut⁹ in corpore accedat eodē die. ⁊ nō ſolū req̄ritur mū-

ditia mentis. (q.ſ. ſit ſine peccato) ſed etiã corporis. Pro quo ſciẽdum q pollutio poteſt cõtingere ex ſola diſpoſitione nature et nõ ex precedẽti cogitatiõe: et tũc nõ eſt ſignũ alicuius pctĩ. ſed poteſt ebetudinẽ mẽtis inducere ſi ſimul cum imginatione cõtingat imũditiam tamẽ corporis habet, et ideo ſi neceſſitas imineat et deuotio expoſcat nõ ipedit precipue qñ ſine imaginatiõe accidit. Tamẽ ſi ꝓpter reuerẽtiã tũc abſtineat laudãdus eſt: maxime quãdo talis diſpoſitio nature nõ eſt ꝑpetua ſiue diuturna. Scõo mõ põt contingere ex precedenti cogitatiõe: tũc ſi nõ fuit conſenſus ad cogitationẽ. et neceſſitas vrgeat poteſt accedere et celebrare. ſi autẽ nõ vrgeat neceſſitas accedendo non peccat mortaliter ſed venialiter maxime quãdo cogitatio eſt cũ delectatiõe: lz ſine cõſenſu. Dicit tamẽ btũs Tho. q poteſt contingere q in ipa cogitatione pollutio oriatur: que ſi placet ꝓpter delectationẽ ex ſurreptione eſt peccatũ veniale. Si autem deliberante conſenſu et precipue cũ cõplacentia futura eſt peccatum mortale. Iſta autem cõplacẽtia nõ facit dictam pollutionem eſſe peccatũ: q2 non eſt eius cauſa ſed in ſe eſt peccatũ. Si autẽ placeat vt alleuiatio nature peccatũ eſſe nõ credit. Tertio cõtingit ex cibo et potu: tũc idem eſt iudiciũ ſicut de illa pollutione que cõtingit cum imaginatiõe turpi. vt dicit canõ. vj. diſ. teſtĩ. vbi dr. Cum appetitus gule vltra modũ in ſumẽdis alimẽtis rapit: atq3 idcirco humorũ receptacula. id eſt virilia mẽbra grauant. habz exinde animus aliquẽ reatũ. i. veniale peccatũ. Et hoc nõ ꝓhibet ab euchariſtie ſumptiõe ſed a cõfectiõe niſi ſit neceſſitas. Unde ibidẽ ſequit. nõ tñ vſq3 ad prohibitionẽ ſacri myſterij ꝑcipiendi vel miſſarũ ſolẽnia celebrandi: cum fortaſſe aut dies feſtus exigit: aut exhibere myſteriũ pro eo q alius ſacerdos deeſt ipſa neceſſitas compellit. hec ibidẽ. Et nota ſcõm Archi. i canõe. teſtĩ diſ. vj. q licet pollutio ex crapula in ſũmo eſt veniale: tamẽ ipſa crapula ꝑcedens eſt mortale. Ex quo pz q lz pollutio ex crapula que eſt veniale peccatũ prohibeat nichilominus ꝑter caſum neceſſitatis a cõfectione. tñ laicũ a ſũptione nõ prohibet qd plus eſt: q2 maior mũdicia requirit in ſacrificio q̃ȝ in ſumptione. Uñ Archi. vbi. ſ. elicit efficax argumentũ q minus eſt audire diuina q̃ȝ celebrare: eo q ſcõm Tho. peccator i mortali pctõ exiſtẽs vidẽdo corpus chriſti in miſſa nõ peccat: lz tũc debeat humiliari. Quarto cõtingit pollutio ex illuſiõe diabolica. de q̃ dicit Jo. pariſiẽſis ſuper. iiij. ſentẽ. diſ. x. q. ij. q talis illuſio hz qñq3 cauſam intrinſecã ſicut qñ dormiẽs nõ fecit quod debuit ſcz ſe nõ ſignãdo vel aliquid aliud et ſic eſt pctĩ. Aliqñ nõ eſt pctĩ. ſ. qñ habz cauſam extrinſecã: ſicut narrat in vitas patrũ de quodã ſctõ viro qui quotiens celebrare volebat procurabat ei diabolus pollutiones: qd patres ꝑcipientes dederũt ei conſiliũ q audacter celebraret. Quocũq3 tñ modo accidat ex quadã cõgruentia ſemꝑ impedit ſumptionẽ ſacramẽti ꝓpter duo. Primo q2 ibi ſemꝑ accidit feditas corporalis cũ qua nullꝰ propter reuerẽtiã ſacramẽti dz accedere. vñ accedẽtes lauãt manus etc. niſi forte talis eſſet imũditia q̃ eſſet ꝑpetua et diuturna: vt ſi eẽt lepra vel fluxus ſãguinis vel ſeminis. Scõo q2 ibi ſequit pollutio in euaginatiõe mentis precipue ex turpi cogitatiõe: q̃ etiã nõ ſine culpa ꝯtingit. Tenendũ tñ eſt ſm Tho. q in omnibꝰ iſtis ꝓpter neceſſitatẽ vel ſolẽnitatẽ diei vel vbi vnus eſt ſacerdos tñ poſtponenda eſt talis con

gruentia. et committendo ſe deo cum
dolore et cordis compunctione premiſ
ſa confeſſione ſi haberi poteſt. alias cū
bono propoſito ꝯfitendi accedat in no
mine dñi. Dicit etiam doctor pariſien-
ſis vbi ſupra. et concordat cum ſancto
Tho. de mēſtruo ꝛ alijs immundititijs
ꝙ ꝙdiu durāt ex quo ſunt temporales
immunditie ꝛ nō perpetue: in talibus
eſt abſtinendū propter reuerētiam ſa-
cramenti. Si tamen mulier habet de-
uotionem: vel forte poſtea nō habebit
tempus competēs ad hoc admittatur
ne ſecūdum Gregorium pena corpora
lis ei mutetur in culpam. Dicit tamen
Gregorius ꝙ ſi mulier eo tempore ac-
cedat: non eſt iudicanda: qꝛ paſſio ſua
nō ē culpa. Si autem abſtineat laudan
da eſt. v. diſtinctione. ad eiꝰ vero. Val-
de igiť eſſent arguendi ſacerdotes idio
te grauātes tales perſonas grauibus
penitentijs eo ꝙ ad eccleſiam tpe mē-
ſtrui ingrediuntur aut ad ſacramentū
altaris accedunt. Et audiui de quodā
ꝙ pro vna leui pollutiōe cuidam pie fe
mine ꝛ multū deuote dedit multa pſal
teria ꝑ penitētia comparanda. puto ta
men ꝙ prouiderat in hac parte de ſy-
monia ſibiipſi per eandem facienda: ꝫ
tamen mentita eſt iniquitas ſibi. Illa
enim ſtatim diſcretiorem acceſſit qui
cum ea melius et minus egit. et ita ille
pauper fuit fruſtratus et in ſua ſpe ſy-
moniaca ꝯfuſus Tertia cautela ꝙ nul
lus die illo in quo communicet debitū
petat a ꝯiuge. vel econuerſo vxor a ma
rito ſecundū Tho. in. iij. parte. q. lxxx.
nec etiam nocte ſequenti aut preceden
ti. quod ſi fiat cauſa prolis generande.
vel cauſa reddendi debitum iudican-
dum eſt ſicut de pollutione nocturnali
que accidit non ſine peccato propter i-
munditiam corporalem et mentis di-
ſtractionem. Unde in cōcilio liberti
no de ꝯſe. diſ. ij. c. omis homo. dr. Om
nis homo ante communiōem ſacram
a propria vxore abſtinere debet tribus
aut quattuor aut quiqꝫ aut ſeptem die
bus. Glo. abſtinere debet quantū in ſe
eſt vt nō exigat: actus tamē reddere de
bet quolibet tempore. vt patet. xxxiij.
q. v. Si dicat. Dicit tamē glo. ꝙ hoc nō
eſt preceptum. pro illo notatur. xxxiij.
q. iiij. Vir cū ꝓpria. Joannes etiam in
nouella ſua de cōſe. eccle. vel alta. c. j. li.
vj. ſuper glo. in. V. ſeminis. in fine dicit
ꝙ quādo maritus accepit euchariſtiā
nō debet exigere teneť aūt reddere. De
hoc. lxxxij. diſ. propoſuiſti. ꝛ. xxxiij. q.
iiij. Chriſtiano. In tali ergo caſu vt di
cit Grego. ſunt homines ſuo arbitrio
ſeu iudicio relinquendi et eorum con-
ſcientia eſt requirēda cum veniant ad
confeſſionem. Unde ſiquis voluptate
dñante cōiugi miſceť prohiberi debet
ab hoc ſacramento. xxxiij. q. iiij. vir cū
propria. Alber. autem dicit: ꝙ etiā poſt
ſacram cōmunionem non licet illo die
debitum exigere: nec exactuꝫ reddere
niſi cum difficultate. Puto tamen ꝙ
reddēs illo die debitū nō peccat morta
liter ſed venialiter. Sed diceres. tamē
Hyeronymus in quodam ſermone ſi-
militer prohibet dicens. Quicūqꝫ vxo
ri reddit debitum nō pōt carnes agni
edere. xxxiij. q. iiij. Sciatis. Dico ſecū-
dum doctorem ſubtilē ꝙ nō poteſt om
nino cū tanta reuerentia. ꝛ ideo cōſiliū
eſt vt tunc abſtineat: ꝫ nō ſit preceptū
neceſſitatis. qꝛ nō video quomō ꝓpter
hoc ſolū peccaret mortalr qꝛ ꝑcipit cor
pus xpi Vnū glo. ſuper dicto. c. Sciatis
dicit ꝙ talis nō debet edere de carnibꝰ
agni. i. corpore chriſti ꝓpter reuerentiā
ſacramēti: cū cauſa libidinis cōmiſceť
vxori. alias vero teneť debitū reddere.
vt diciť. xxxiij. q. v. c. j. Non video qua-
re punieť cū tātū pro mortali abſtinen

cundus falſarij. Tertius violatoꝛis ec
cleſiaſtice libertatis. Quartus violato
ris eccleſiaſtice emunitatis. Quintus
ſortilegi ꝛ diuinatoꝛum. vt.xxvj.q.j.c.
j.ꝛ incipit ſua bulla in qua predicta de
clarātur. Inter cunctas ꝛ renouata eſt
iterū per cōciliū viennēſe. in cle.dudū
de ſepulturis. Ultra autē hos caſꝰ pñt
ep̄i reſeruare ſibi alios ꝓut videbit̃ eis
expedire. Sed vt ois tollatur ambigui

tas ponam caſus tã de iure q̃ȝ de cõſue
tudine ad epm̃ pertinẽtes. vt ſunt iſti
homicidiũ: ſacrilegiũ: inceſtus: filiorũ
oppreſſio: coit⁹ cum moniali. Itẽ mu-
lier coiens cum religioſo vel ſacerdote
Itẽ vulnerans patrẽ vel matrẽ. Item
deflorans virginem vi oppreſſã. Item
baptizãs propriã filiam ſine neceſſita
te vel tenẽs eã ad cõfirmationẽ. Itẽ fra
ctor voti ſimplicis. Item contrahens
votũ ſimplex caſtitatis. Item intrans
religionẽ inuita vxore poſt copulã car
nis. Itẽ hereticã prauitatẽ tenens quo
ad pctm̃ tm̃. Similiter ſymoniac⁹ quo
ad peccatũ tm̃: qꝛ irregularitas huiuſ-
modi pertinet ad papã. Item celebrãs
coram excõicatis ſolenniter in eccleſia
quo ad pctm̃ tm̃. ſed quo ad irregulari-
tatem ꝑtinet ad papã. Itẽ ꝓmotus per
ſaltũ ad ſacros ordines. Itẽ ordinatus
ab alieno epõ ſine licẽtia proprij. Item
luxuriãs in eccleſia ꝯſecrata. Itẽ coiẽs
cũ iudea vel pagana. Itẽ cõcipiẽs a nõ
viro ſuo quem vir credẽdo filiũ ſuũ cõ
ſtituit eum in heredem ĩ preiudicium
aliorũ. Item procurãs aborſum vel ſte
rilitatem in ſe vel in alio. Item contra-
hens ſponſalia preter matrimoniũ cũ
aliquo marito interpoſito contracto.
Itẽ ſcienter celebrãs in eccleſia interdi
cta quo ad abſolutionem pcti. Sȝ quo
ad irregularitatem ad papam. Itẽ ſor-
tilegus: incantator: necromanticus: ex
perimentator. Item ſciẽter excõmuni-
catos ⁊ manifeſtoȝ iterdictos: vel etiã
vſurarios ſepeliens. Item clandeſtine
matrimonium contrahens. Item blaſ
phemus dei et ſanctorũ. Itẽ incendia-
rius. Itẽ periurus. ſodomita adulter.
Itẽ fornicãs cum filia quã baptizauit
vel ad cõfirmationẽ tenuit. vel audiuit
confeſſionem eius. Item celebrans in
altari non conſecrato. Item celebrans
ſine ſacris indumentis. vel omittens
aliquod idumentorum: vt ſtollam vel
manipulum. Itẽ celebrans non ieiun⁹
Horum autẽ penitentie ponũtur taxa
te inferius particulatim. Alij vero ca-
ſus preter iſtos ſunt de auctoritate ple
banorum.

## ¶ De ſatiſfactione que eſt tertia pars penitentie.

Eſt autẽ ſatiſfactio ſm̃ bea
tũ Tho. ſup. iiij. di. xv. q. j.
ar. iij. iniurie illate recom-
pẽſatio ſcd̃m iuſticie equa-
litatẽ vel q̃ȝtitatẽ. Et intellige equali-
tate ꝓportionis ⁊ non q̃ȝtitatis. Simi
liter Anſel. in li. Cur deus hõ diffinit
ſatiſfactionẽ dicẽs. Satiſfactio eſt deo
debitũ prout eſt honorẽ impẽdere. ſcȝ
rõne culpe ꝯmiſſe. Et iſte diffinitiões
ſunt ſatiſfactiõis ꝓut eſt medicina pre
teritorũ pctõrũ ⁊ preſeruatio futurorũ
ſed prout eſt preſeruatio a culpa diffi-
nitur ſic ſm̃ Auguſtinũ. Satiſfactio ẽ
cauſas abſcidere pctõrũ ⁊ eorũ ſugge-
ſtionibus aditũ non indulgere. Circa
quod ſciẽdũ ꝙ licet ſcd̃m Bonauẽtu.
vbi ſupra ſine charitate nõ poſſet ſe ho
mo preparare ad habẽdã charitatem
et faciendam ſatiſfactionẽ. ex quo im-
poſſibile eſt ſine ea deo placere et ope-
ra eius acceptari a deo. ideo nec ſatiſfa
ctio ſine tali grã eſt poſſibilis. Itẽ con-
ſulendũ eſt penitentibus ꝙ eorũ peni-
tentiã ipſis ĩiunctam ſine mortali pec
cato compleãt: qꝛ alias deus ab eis exi
git penam. Nã ſatiſfactio facta in pec-
cato mortali et ſi ſoluit ꝑenã debitam
nõ tamẽ meretur gratiã vt dicit doctor
ſubtilis vbi ſupra. q. j. ſcd̃o principali
arg. iiij. Sed ſi queras vtrum hõ pera-
gẽs penitentiã in pctõ mortali iterum
facta cõfeſſione de illo pctõ mortali de
bet peragere de nouo vel denuo iſtam
penitentiã iã peractã: vel an reuiuiſcat

⁊ valere icipiat illa penitētia ſic pacta in pctō mortali: ex quo iam poſt cōfeſſionē ſecundā erit in charitate et gr̄a. In hoc ſunt doctores diuerſi. Nā ſanctus Thomas prima facie dicit ꝙ nō viuificātur: nec valent ad ſatiſfactionē illorū peccatorū pro quibus aguntur: nec etiā ad meritum vite eterne. Dicit tñ ꝙ ſatiſfactiōes ille q̄ relinquūt poſt ſe effectū poſtq̄ȝ actus trāſit nō oportet ꝙ reiterentur vt ieiunium dimittit poſt ſe debilitationē corporis. Elemoſyna reliquit poſt ſe diminutionē ſubſtātie. Ille vero que nō relinquūt poſt ſe effectū oportet vt reiterentur: vt eſt orō. Ex his patet ꝙ qui ieiunāt ꝓ peccatis exiſtentes in mortali peccato nō debēt vltra ieiunare vel elemoſynā dare: ſi qui orant in pctō exiſtentes tenentur repetere horas ⁊ ſupplere eas. Et iſtā opinionē approbāt doctores. Doctor tñ ſubtilis fauorizat pctōribus dicens: ꝙ qui vere penitet ⁊ recipit ſatiſfactionē condignā ſibi ab eccleſia impoſitā claue nō errāte q̄ȝtumcūq̄ȝ peccet poſtea ⁊ recidiu et nunq̄ȝ tenebitur niſi ad illā vnicam ſatiſfactionē adimplendā. Et ſi eā impleat in charitate melius eſt: quia nō tm̄ ſoluit penā: ſed etiā meretur gratiā. Sed ſi ipleat penitentiā volūtarie extra charitatē: ſoluit quidē penam ſed nō meret̄ graciā. q̄a nō eſt ſatiſfactio reconſilians neq̄ȝ placans. Unde ſubdit ꝙ ſi homo magnā partem ſatiſfactionis adimpleuit in mortali pctō ⁊ poſtea iteȝ peniteat de pctō nouo nō eſt iterato imponēda penitētia pro pctō primo de quo ſatiſfecit: licet extra charitatē: ſed tantū de nouis peccatis q̄ fuerunt cauſa ꝙ iſta ſatiſfactio fuit mortua. Et hanc determinationē ſequitur Joānes pariſienſis ibidē. q. v. dicens: ⁊ dans huius dicti rationē ſatis pulchrā. Quia ex quo extra charitatē ſufficit ſatiſfactio inuoluntaria ad penitentiā peccati multo magis ſatiſfactio volūtaria dȝ ſufficere Exēplificat ipſe. Si alicui offēdēti regē offēſe regis correſpōdeat ꝓciſe ſm legē manus abſciſio: ſi iſti inuito abſcinderet̄ manus ſatis patitur ⁊ intantū ſufficit regi ꝙ ſm iuſticiā nō debet vlteriorē penam exigere: ⁊ tñ non recipit eū in gratiā vel amiciciaȝ. Multo autem magis ſufficeret pro punctiōe culpe ſi aliquis ſibi debitā penā infligeret: licet nō eſſet in gratia vel amicicia illius iudicis offenſi. Ex quo ſequitur ꝙ ſi talis propter nouū peccatū dānaretur anteq̄ȝ cōpleuiſſet totā penitētiam ſibi impoſitā puniret̄ in inferno tēporaliter: pena ſibi correſpōdente q̄ non fuit hic ſoluta: ⁊ poſt tēpus aliq̄d nō puniretur amplius tali pena: ſicut dicimus de veniali: q̄a moriens in veniali ſimul cū mortali nō puniret̄ eternaliter pro veniali: ſed tēporaliter: pro mortali vero eternaliter. Hec doctor ſubtilis. Sūt aūt tria opera ſatiſfactoria. ſ. elemoſyna: ieiuniū ⁊ oratio. Per ieiuniū intelligūtur oīa carnē affligentia: vt ſunt macerationes: afflictōnes: flagellationes ⁊ peregrinatiōes. Per elemoſynā oīa opera miſericordie corporalia: per orationē oīa opera ſpūalia miſericordie: per ieiunia homo reuocatur a cōcupiſcentia carnis per elemoſynā a cōcupiſcentia oculorū ⁊ per orationem a ſuperbia vite: ꝑ ieiuniū ordinatur homo ad ſeipſum: per elemoſynam ad proximū: ⁊ per orationem ad deū: per ieiuniū fit ſatiſfactio de bonis corporalibus: per elemoſynā de bonis tēporalibus: ꝑ orationē de ſpūalibus. Licet autē ſingula iſtorū cuȝ ſingulis peccatis approprientur propter cōuenientiā: tñ q̄dlibet illorū pro quolibet pctō ſatiſfacere poteſt. ſm Tho. Dicit

eni doctor ſubtilis. q. j. ſecūdo pricipali. arg. xxx. q talis correſpondētia: nec eſt de congruo: nec de neceſſitate in ſingulis caſibus ſicut patet in pauperib9 Nec pauperi eſt cōgruum nec neceſſariū iniungere aliqd iſtorū ſi eſt inſufficiēs ad ea: vt ſi eſt pauper qui nutritur labore ꝛ qua die nō laborat caret victu et ſi ieiunaret impotens redderet ad laborē: nec orationi vacare poteſt labore laſſatus: vel a fortiori: nec elemoſinis iſti iniungendum eſt vt iſtū laborē ſubeat in remiſſionē pctōrū itēdēs illū ad hunc finem referre ſaltem quouſq occurat ſibi oportunitas aliquā aliā ſatiſfactionē ſoluēdi. Ex hoc dicto habes q homo pctōr libēter ſuſtinēs defect9 tēporales ꝛ labores a deo in eum permiſſos vel tribulationes ſatiſfacit per illa pro peccatis: ex quo eis cōſentit: ꝛ aliter ſatiſfacere vel penitere nō poteſt Ita dicit Thomas vbi ſupra. di. xv. q. iiij. ar. ij. Et hoc etiam ſepius eſſet predicandū pauperibus ꝛ defectuoſis: ne deficerēt ꝛ deſperarēt de pctis vidētes ſe impotētes ad peragēdum penitētiā eis iniūctā. Similiter diues qui laps9 eſt pctō carnis ſi adeo delicatus eſt q nonvelit ieiunare nec macerationē carnis ſubire: vel preſumptio eſt q ſi ſibi imponeret abijceret eam: ꝛ ita iā nouo peccato peccaret iudicādus eſt ad orationem vel elemoſinā: ꝛ imponendum eſt ei quod libēter accipit ꝛ quod creditur perſeuerātius adiplere: imo ſi nullam vellet accipere penitentiā ꝛ haberet diſplicentiam de pctō ꝛ firmū propoſitum nō peccādi vel abſtinēdi: non eſt remittēdus vacuus ſed abſoluend9 ne cadat in deſperationē ſed intimāda eſt penitētia ei que eſt pro pctis illis iponēda ꝛ q eam in ſe vel in equiualēte ſtudeat adiplere alioquin ſoluet ad plenum in purgatorio. Hec ſentētia ſatis conſonat dicto xpī. Mathei. xij. ꝛ Iſa. xlij. vbi dicit. Arundinē quaſſatam nō cōfringet: ꝛ lignum fumigans non extinguet. Arundo quaſſata eſt peccator quaſſat9 tētatiōib9 ꝛ pctis: et lignū fumigās ē nimis humidū tñ hñs aliqd de igne charitatis: hoc extiguit p duriciam ſacerdotis: ſed cū ad aliquod minus difficile obligat tunc nō extinguit ſed dicat ſibi q oportet eum hic vel ibi penam perſoluere: ꝛ q faciat tantā penitentiā qͣtam hic debet pro peccatis reddere: alias acrior alibi ab eo exiget. Hec Scotus. Dicit Petrus de tharā. di. xv. ꝛ Tho. ibidē. q. iij. q alter pro altero poteſt ſatiſfacere ſi eſt in charitate quādo ille cui iniuncta eſt penitētia eam explere cōmode non poteſt: ꝛ hoc qͣtum ad abſolutionē debiti: ſed qͣtum ad excifionē cauſarū precedentiū: et in qͣtum penitētia eſt medicina pro peccatis vnus non poteſt ſatiſfacere pro altero. Dicit tamē Thomas. q nullus debet promittere ſatiſfacere per alium niſi appareat defectus corporalis vel ſpūalis: per quem non ſit prompt9 ad portādum onus penitentie. Dicēdum eſt ergo his q ſatiſfactionē per ſe alijs imponunt: q ſi ambo negligentes fuerint ambo punientur vnus pro peccato pprio: alter pro obmiſſa ſatiſfactione ad quam ſe obligauit.

## De penitētijs iniungēdis ſecundum canones.

Reſtat nunc de penitentijs iniungēdis ſcdm canones taxatis. Circa quod principaliter eſt videndum q lz penitētie ſint arbitrarie vt dicetur ifra tamen in publicis pctis ſeruande ſunt taxate per canones licet debeat haberi reſpectus ad circunſtantias criminis et ad quantitatem ꝛ qualitatem pſone

dignitatē officiū: pauptatē: debilitatē. rc. Ut tñ nō ignorem⁹ penitētias taxatas cum tps icurrerit iponēdas: notā de ſunt aliqūe regule q̄ canones penitentiales ab alijs appellant. Primus canon q̄ pro quolibet mortali pctō penitētia ſeptem annorū eſt iniungenda. vt.xxxiij.q.ij.hoc ipſum.r.c.ſequēti.r. xxij.q.j.c.predicandū.in glo.et.lxxxij. di.preſbyter Et ratio eſt quia ſicut per pctū mortale ſeptiformē grām ſpirit⁹ ſancti amiſimus: ſic etiā eas per ſeptē annos requiramus. Hoc tamē verum eſt pro publico r graui pctō pēſatis circūſtantijs. Secūdus ſi pſbyter fuerit public⁹ fornicator decē annis peniteat incluſus: ſacco indutus tribus menſibus cōtinuis a veſpera ad veſperā pane r aqua vtat: exceptis dieb⁹ dñicis r feſtiuis: quibus annis expletis poteſt eum epus ad priſtinū reuocare ſtatū de quo multū habet. lxxxij.di.c.pſbyter.qd non ſcripſi propter tediū epor̄ qui in hoc ſunt remiſſi et potius ad penā proni. Tertius ſacerdos cognoſcēs filiā ſpūalē. ſ.quā baptizauit vl̄ pfeſſionē audiuit duodecim annis peniteat. Epus vero.xv.annis peniteat. Mulier vero ſi eſt ſoluta tradenda eſt religioni rebus ſuis pauperib⁹ erogatis.xxx.q. j.Si quis ſacerdos. Et ſic patet vt dicit gloſa i caplo predicto. q̄ magis peccat ſacerdos cognoſcēs filiam ſpiritualē q̄ȝ alterius vxorē: quia per hoc iponitur penitētia. xij.annorū. Quartus ſi quis cōtra naturā peccat: ſi clericus eſt deponit vel ad religionē recluditur ſi laic⁹ excōmunicatur donec peniteat Penitētia aūt ſua eſt ſeptē annorum. Et idem eſt pro iceſtu.xxxiij. q.ij. hoc ipſū.r.c.ſequenti. Quintus ſacerdos qui intereſt clandeſtinis nuptijs ſiue bānis tribus annis ſuſpēditur.de clādeſtina deſpōſatione. Cū ihibitio.c.j.

Sextus. Si quis votum ſimplex violauerit.ſcȝ quia promiſit in ſecreto vxorem non ducere vel corā aliquibus ſocijs: r poſtea duxit: tribus annis peniteat.xxvij.di.ſi vir. Septimus. Si q̄s excōicatus celebrat tribus annis feria ſecunda quarta r ſexta a potu: alias vino et a carnibus debet abſtinere. xj.q. iij.de illis. Octauus. Qui alium iniuſte accuſat ad mortem ſeptem ānis peniteat ſi vitā pdiderit. Si vō mēbrū p tres ānos peniteat vt de acuſatiōib⁹.c. accuſaſti. Nonus. Qui filiā ſuā ſpūalē vel cōmatrē cognoſcit per ſeptē annos peniteat.xxx.q.iij.nō oportet. Decim⁹ Si quis deſpōſatā alij duxerit eam dimittat r.xl.diebus in pane r aqua ieiunet r peniteat per. vij.ſequentes ānos de ſpon.duorum accepiſti. Undecim⁹ Qui cognoſcit duas cōmatres vel ſorores ſeptem ānis peniteat.xxx.q.iiij. Si pater. Duodecim⁹. Homicida voluntarius ſine ſpe reſtitutionis deponatur: et ſeptē annis peniteat.l.diſ.minor. Si eſt caſualis per quinqȝ annos peniteat.l.di.c.ſi qua.r.c.ſi quis.et.c. eos Et hec oīa intelligas ſi potuit euadere homicidiū et nō euaſit. Nam qui ſe et ſuas res liberando fures qui capiſe nō poterāt occiderit: penitentiā agere non tenetur niſi voluerit. Si tamē hoc facit in neceſſitate euitabili: duos annos peniteat.di.l. de his licet ſi eſſet ineuitabilis i nullo ei imputaretur.l.di. quia te.quod tamen eſt verum quo ad peccatum.ſed quo ad cautelam r innocentiā ſuam eccleſie oſtendendam bonum eſt penitere.de homicidio.c.ij.§. fi.xxxiij.q.ij.in lectum.xxxiij.q.iij. ex cōmunicator̄. Si quis tamē in ſtulticia vel infirmitate vel furioſitate occidit: non imputatur ei.ij.q.ix.iudicas. xv.q.j.aliquos.r.c.illa.r.c.ſi quis. Si aūt cauſa diſcipline ſicut magiſter ſco

larium icaute occidit: imputatur ei et
deponit̃ ſi eſt ſacerdos. de homici. pſ-
byterorum.xv.q.v.ſi quis non iratus.
Sed et ſiquis ligatũ latronẽ interficit
deponitur. de homicidio. ſuſcepimus.
Tredecimus. Matrẽ occidẽs decẽ an
nos peniteat ſcdm formã ſatis aſperã
que ponit̃.xxxiij.q.ij.latorem vbi dr̃ ꝙ
primo anno eccleſiã nõ intret: ſed ante
fores eccleſie oret. Poſt annũ vero in
tret eccleſiam ſtãs iter audiẽtes: et nõ
cõmunicet niſi cõpleto termino obla-
tiones eius nõ volũtarie accipiant̃ niſi
poſt ſeptem annos. ⁊ per hos decẽ an-
nos nõ comedat carnes: nec potũ al's
vinũ bibat exceptis dieb⁹ dñicis et fe-
ſtiuis diebus a feſto paſche vſqꝫ ad fe
ſtum penthecoſtes. ⁊ nõ vadat alicubi
niſi pedeſter feria ſcđa quarta et ſexta
ieiunet ſed tñ nõ ſeparat̃ ab vxore pro-
pter periculũ adulterij. Decimuſquar
tus. Vxoricida oĩbus diebus quibus
peniteet non debet vti carnibus nec po
tu alias vino: niſi ĩ paſcha ⁊ natali dñi
in pane ⁊ aqua ⁊ ſale: vigilijs: orõib⁹
et elemoſinis penitẽtiã agat: arma nõ
ſumat: vxorẽ non ducat: balneo nõ vta
tur: cõuiuiũ letantiũ nõ intret: in eccle-
ſia poſt oſtiũ ſtet: nõ cõmunicet in vita
ſed in morte tñ. vt pꝫ.xxxiij.q.ij.admo
nere. Et itellige ꝙ maior penitẽtia eſt
vxoricide ꝗ̃ matricide: nõ quia eſt ma
ius peccatum vxorem occidere ꝗ̃ ma-
trẽ. ſed quia proniores ſũt homies ad
occidendũ vxores ꝗ̃ matres: ⁊ ideo vt
retrahãtur grauior eis pena iniungit̃.
ar.xxiij.q.j.nõ afferamus. Decimuſ-
quintus. Jugulans volũtarie puerum
ſuũ: dicit Ray. ꝙ talis debet in mona-
ſteriũ induci. ſi non hꝫ alios pueros et
vxorẽ grauior ei dꝫ iponi pnĩa ſcꝫ ſeptẽ
annoꝝ. Cũ aũt ex negligentia iugulãt
eũ parentes: ita ꝙ ponũt eũ in lectum
ſuum ſanũ ⁊ poſtea inueniũt eum mor
tuũ: trib⁹ ãnis peniteãt: quorũ vn⁹ an
nus eſt ĩ pane ⁊ aq̃ oĩb⁹ ferijs quartis
ſextis ⁊ ſabbatis alij duo ieiunãdo fe-
riã quartã ⁊ ſabbatũ: ſed ſextam in pa
ne ⁊ aqua de his qui occidũt filios.c.j.
⁊.ij. Decimuſſext⁹. Periurus.xl.dies
ieiunãdo in pane et aqua per ſeptẽ an-
nos peniteat.vj.q.j.quicũqꝫ. Decimuſ
ſeptimus falſam mẽſurã hñs.xxx.die
bus peniteat ĩ pane ⁊ aqua de emptio-
ne ⁊ venditione: vt menſure. Decimuſ
octauus qui deuotã vel monialem co-
gnouit.x.annis peniteat: ⁊ ipſa ſimili-
ter.xxvij.q.j.c.de filia.⁊.c.deuotã. De-
cimuſnonus. Presbyter cantans miſ
ſam ⁊ non cõmunicans annovno peni
tere dꝫ: et interim a celebratione miſſe
ceſſabit. de pñe.diſ.ij.relatum. Vigeſi-
mus. Sacerdos qui laicum mortuum
cum palla altaris iuoluit decem ãnis
et quinqꝫ mẽſibus peniteat. diaconus
vero triennio ⁊ dimidio ſiue ſex menſi
bus peniteat. de pñe.di.j.nemo. Vige-
ſimuſprimus. Sacrilegus violans ec
cleſiã ſeptẽ annis peniteat.xij.q.ij.de
viro. Et primo anno ante cimiterium
qđ violauit conſiſtat. Scđo anno ante
fores eccleſie. Tertio anno in eccleſia.
Et ꝑ hos tres annos carnes nõ come
dat: ⁊ potũ alias vinũ nõ bibat niſi in
paſcha et in natali dñi nec cõmunionẽ
accipiat. Jn quarto ãno cõmunicabit.
et tũc quĩto ⁊ ſexto vſqꝫ ad ſeptimũ an
nũ feria ſcđa quarta et ſexta a carnib⁹
et a potu abſtineat. Vigeſimuſſecun-
dus. Parẽtes frangentes ſponſalia fi
liorum per triẽnium ſeparent̃ a cõione
et filij ſimiliter ſi in culpa ſunt.xxxj.q.
iij.ſi qui parentes. Vigeſimuſtertius.
Qui ducit illam ad matrimoniũ quã
prius polluit ꝑ adulteriũ quinqꝫ ãnis
peniteat.xxxj.q.j.ſi qua vidua. Vigeſi
muſquartus. Blaſphemãs dꝫ ꝑ ſeptẽ
ebdomadas agere pniam ſm formã q̃

tradit de maledicis.c.ſtatuimus. Ui-
geſimusquintus. Sacerdos denudãs
cõfeſſionē alicuius v̄bo vel facto vel ſi
gno ⁊c. de quo infra dicetur ⁊ habet de
pe.di.vj.ſacerdos. Uigeſimusſextus.
Periurus ſi liber eſt. xl.diebus per ſe
ptem annos in pane ⁊ aqua peniteat.
Si ſeruus tribus annis.xxij.q.v.q̇ cõ
pulſus. Uigeſimusſeptim⁹. Qui piu-
rat in manus epi p tres ãnos peniteat
Qui vero in manu cõſecrata vno anno
peniteat. Qui vero coacte neſciēs eſſe
tam graue pctm̄ trib⁹ quadrageſimis
peniteat hoc eſt tribus annis quolibet
anno quadraginta dies. xxij.q.v.q̇ cõ-
pulſus. Sed qui ſcienter iurat vel aliū
iurare pmittit quadraginta dies peni-
teat in pane et aqua: ⁊ ſeptē ſequentes
annos et ſimiliter cõſocij ſui. xxij.q.v.
ſi quis periurauerit.⁊.c.ſi quis conui-
ctus. Uigeſimusoctau⁹. Diſcrepans
a conſuetudine metropolitane eccleſie
in horis canonicis ſeptē menſibus cõ
munione priuetur ſi ex cõtemptu hoc
faciat.diſ.xij.c.d̄ his. Uigeſimusnon⁹
Sortilegus quadraginta diebus peni
teat de ſortilegijs.c.j.⁊.c.ex tua℞. Qui
aūt aſpicit aſtrolabiū vno peniteat an
no ibidem. Trigeſimus. Interfector
preſbyteri duodecim ãnis peniteat. vt
c.ij.d̄ pe.⁊ re. Trigeſimusprimus. In-
cendens domum totum damnū reſti-
tuat. et tribus annis peniteat.eodem
ti.c.ij.de iniurijs ⁊ dam.dato.c.ſi quis
domum. Trigeſimusſecundus. Com
municans hereticum neſcienter annū
peniteat ſcienter quinq̧ annis. Per-
mittens autem hereticum cantare ne-
ſcienter miſſam: quadraginta diebus.
Si autem in ſubmerſionem fidei tan-
q̄ hereticus damnatur niſi decem an
nis peniteat. Si quis receſſerit ab ec-
cleſia ad hereticos fugiens. xij. annis
peniteat ſecūdū formam.xxiiij.q.j. Si
quis dederit. Trigeſimuſterti⁹. Qui
neſcienter cognoſcit duas ſorores vel
matrem vel filiam vel amicam ⁊ neptē
ſeptem annis peniteat. Si ſcienter per
petuo carebit cõiugio.xxxiij.q. vnica.
ſi quis. Trigeſimusquartus cum bru
to coiens pluſq̧ ſeptem ãnis peniteat.
et idem pro inceſtu.xxxij.q.ij.hoc ipſū
et.c.ſequenti. Trigeſimusquint⁹. Pa
tronus res eccleſie dilapidans vno an
no peniteat.xvj.q.vij.filius. Trigeſi-
musſextus. Qui iurat pacem non face
re cum proximo: vno anno peniteat et
ad pacem redeat.xxij.q.iiij. Qui ſacra-
mēto. Trigeſimusſeptimus. Bis ba-
ptizatus vel bis confirmatus: ſeptem
annis peniteat: quartam ⁊ ſextam fe-
riam in pane ⁊ aqua ⁊ cogetur fieri re-
gularis.de conſe.di.iiij.qui bis.⁊.c.di
ctum eſt. Sūt plures alij caſus q̄ apd̄
nos non currunt. Et ideo de illis nihil
poſui. Hi aūt intelligēdi ſūt de penitē-
tia publica ⁊ pro peccato publico. Cir
ca quod ſciendū ꝙ licet illa penitentia
ſit taxata a canonibus pro manifeſtis
peccatis ita ꝙ nullo modo licet aliam
imponere vel variare tn̄ eps de his diſ
penſare poteſt ex cauſa rõnabili inſpe
ctis circunſtantijs perſonarū. vt dicit
Leo papa Plenitudinis tēpora cõſti
tuēda ſūt tuo iudicio ſm ꝙ pſpexeris
animos cõfitentiū eſſe deuotos. xxvj.
q.vij.tēpora.⁊.c.ſi hoc. Idē dicit Hie-
ronym⁹ de pe.di.j.mēſuram. Et ideo
dico de occultis peccatis que pertinēt
ad ſimplices ſacerdotes ꝙ vbicunq̧ i
ueniãt taxatam penitentiam per cano
nes nõ mutēt eam ſine cauſa: ita tn̄ ꝙ
nõ prodãt per eam pctõrem. ſcd̄m hoc
intellige illd̄ qd̄ communiter dicit: ſed
male intelligitur ꝙ penitētie ſunt arbi
trarie.de pe.⁊ re.deos qui.⁊ de ſortile-
gijs.c.ij.gl.ij.vbi dr̄ ꝙ penitētie tps ar
bitrariū eſt: qd̄ itelligit gloſa vltra illd̄

quod iā ius taxat: ⁊ ſi ius taxauit vnū
annum penitētie ⁊ delictum exigit pl⁹
hoc eſt ad ſacerdotis arbitrium cōceſ-
ſum. Idem dicitur de cle. excō. latores
Et dixi notāter ꝙ ſine cauſa nō dꝫ per
quēcunqꝫ ſacerdotem mutari pnia ta-
xata: quia ex cauſa pōt bñ moderari ꝑ
ſimplicē ſacerdotē q̄ diſpēſare pōt con
tra canones taxantes talē penitētiam.
vt de iudicijs. at ſi clerici. in glo. ſuper
verbo de adulterijs vt ibidem notant
doctores. ¶Pro iſto tamen ſciendum
ꝙ hodie multi ſumpſerūt occaſionem
erroris ex iſto dicto quo dr̄. pnie ſūt ar
bitrarie ⁊ ſcđm arbitriū ſacerdotis im
ponēde. Et ideo pro meliori iſti⁹ dicti i
telligētia aduertēdū eſt ꝙ ſicut dicit ſā
ctus Tho. ſup. iiij. di. xix. q. ij. ar. iiij.
Si q̄s ꝑter motū ꝑ̄cipalis agētis vti
ſua ꝑ̄tāte ꝑ̄ſūpſerit nō cōſequit̃ effectū
ſm Dyoniſiū: ⁊ ꝓpterea talis ab ordie
et officio diuino auerteret̃ ⁊ culpā icur
reret: Vbi gr̄a ſi miniſter medicinaliter
adhiberet medicinaꝫ egroto q̄ꝫ ꝑ̄cepit
medic⁹ grauit̃ talis offēderet medicū:
et etiā egrotū. Et q2 pnie ſatiſfactorie
ſūt medicine pro pctīs infligēde. Vñ
ſicut medicine in arte determinate nō
oīb⁹ cōpetūt: ſed variāde ſūt ſm arbi-
triū medici nō ꝓpriā volūtatē ſequē
tis: ſed artē medicine: ita pene ſatiſfa-
ctorie determinate i canone nō ꝯpetūt
omibus: ſed variande ſunt ſcđm arbi-
triū ſacerdotis diuino inſtinctu regu-
latū. hec Thomas. Vide ergo q̄cunqꝫ
iudicas ſm caput tuū iniūgēdo pnias
nō taxatis debitis circūſtantijs: quia
in magno periculo es decipiēs te et cō
fitentem ſi arbitraris aliter penitentiā
q̄ꝫ ſpūs ſanctus eam dictauit illi confi
tenti imponēdam. Unde dicit ſāctus
Tho. di. xx. q. ij. ar. ij. ꝙ qualitercunqꝫ
habeat ſe ſacerdos vel diuertat ſe i offi
cio ſacramētoꝝ nihilomin⁹ pctōꝛ per-
manet reus ad quantitatē eiuſdē pene
Et ideo ſi eā hic nō explet exiget̃ ab eo
in purgatorio. Sacerdos tñ diſcretus
vt dicit idem penā imponēs minorem
etiā ex induſtria plus prodeſt confitē-
ti q̄ꝫ nocet: q̄a forte a magnitudine pe-
ne poſſet a penitētia agēda impediri:
quia diuinus amoꝛ qui in eo incipit ⁊
paulatim cōfortatur excitabit eū poſt
ea ſpōte ⁊ ꝓpa volūtate ad plura ope
ra miſericoꝛdie q̄ꝫ ſacerdos impoſuit.
Sed circa hoc ſit ſacerdos cautus vt
tūc hoc faciat quādo preſumit de cōfi
tente vt hoc faciat. Videat ergo ſacer-
dos ⁊ caute ꝓſpiciat ꝙ vbicūqꝫ pena
a iure expreſſa eſt nō omittat eā impo
nere: niſi neceſſitas vel alia cauſa rati-
onabilis aliud ſuaderet vbi aūt nō eſt
pena a iure impoſita ⁊ expreſſa ibi ar-
bitrio ſuo eā ſtatuat ſm ꝙ viderit ex-
pedire: nam ex cauſa poteſt eā aggra-
uare vel mitigare. vt dicit gloſa de pe.
di. j. menſurā. Ad idē facit Archi. l. di.
de his. Sed forte quereres q̄d ſi nun-
q̄ꝫ arbitratus eſt: ⁊ minorē penā impo
nat q̄ꝫ debeat: nunq̄d ille confitēs ſecu
rus eſt: vel an reſiduū exigetur ab eo i
purgatorio. Ad qđ rñdeo ſm glo. iij. ꝺ
peni. di. j. mēſurā. ꝙ eſt eius oꝛdinari⁹
iudex ſiue ſacerdos parrochialis. et fa
cit hoc aīo diſpēſandi ſufficit illa peni
tentia modica ad delendum pctm̄. Si
aūt per errorē eſt impoſita ⁊ tñ ab illo
penitēte credebat̃ peritus ſufficit illa
minoꝛ penitētia ad pctm̄ delendū: dū-
modo penitēs qui eā recipit maiorem
ſuſcipere eſt paratus ſi ſibi imponeret̃
de pe. di. j. Quē penitet. ꝟ. ſed qui. Si
aūt credebat eū imperitū in culpa eſt
penitēs aut cōfitens: quia peritiorem
non requiſiuit. Et hoc eſt contra illos
q̄ impetrāt licentiā cōfitendi alibi a ſu
is plebanis: ⁊ confitent̃ impitis ſacer
dotibus vel monachis ad hoc nō eleſ

ctis nec approbatis: ⁊ tales ſe decipi-
unt. Nam dicit Auguſtinus de penitē
tia. Qui vult cōfiteri pctā ſua vt inue-
niat gratiā querat ſacerdotē ſcientē li-
gare ⁊ ſoluere ne cū negligens circa ſe
ſit negligatur ab illo qui eū miſericor
diter monet ⁊ petit ne ambo in foueā
cadant: qm̄ ſtult⁹ errare voluit. Et ſub
dit. Qui ergo cōfiteri vult oīno confite
atur ſacerdoti meliori quem inuenire
poteſt. Audiat aūt vnuſquiſq̧ cōfeſſor
taliter qualiter ſibi placuerit peniten-
tiā imponens quid ſibi dicatur ꝑ bea-
tum Hieronymū ⁊ ponunt hec verba
xxiiij. q. j. nō afferamus vbi dꝛ. Nō af-
feramus ſtateras doloſas vbi appen-
damus qd̄ volumus dicētes. hoc gra-
ue eſt hoc leue eſt: ſʒ afferam⁹ diuinā
ſtaterā ex ſcripturis ſanctis tanq̄ꝫ de
theſauris dn̄icis ⁊ in illa quid ſit gra-
uius attendamus. hec Hieronymus.
Ex quibus verbis vides q̄ ille penitē
tie que imponūtur erronee ⁊ aliter q̄ꝫ
ſint impoſite in iure dicūtur doloſe et
temerarie. hoc eſt qd̄ dicit Gregorius
de pe. di. v. falſas penitēcias vbi dicit.
Falſas penitētias eſſe dicimus q̄ non
ſm̄ auctoritatē ſanctorū patrū ꝓ qua
litate criminū imponunt. Unde dicit
glo. q̄ ſi certa pena ſtatuit: ⁊ tn̄ minor
imponitur falſa eſt penitentia: niſi ex
cauſa tēperetur. vt dicitur. xxvj. q. vij.
tempora. vbi dicit Leo papa q̄ tēpora
penitētie habita moderatione conſti-
tuenda ſunt iudicio ſacerdotis prout
cōfeſſores penitentium aīos proſpere
rint eſſe deuotos. Hoc eſt qd̄ cōcludūt
doctores finaliter q̄ tunc tm̄ ex cauſa
ſcʒ neceſſaria penitentie eodem modo
quo dictū eſt arbitrarie poſſunt dici. ſ.
cōſideratis circūſtantijs perſonarū: tē
porum: locorū: etatū: qualitatū crimi-
nis ⁊ aliorū. prout dꝛ de pe. di. v. conſi-
deret. Circūſtantie autē ille notantur
in illo verſu. Quis. quid. vbi. quibus
auxilijs. cur. quomō. quando. Hoc eſt
dicere q̄ licet pro aliquo crimine a iure
taxatur penitētia ſeptemnis: ſi tamen
ſacerdos videt pſonam pauperem de-
bilem vel nimis ſenem vel nimis iuue
nem vel multum nobilem vel locum ī
quo moratur ſicut caſtrum vel curiam
principis non eſſe aptum ad peniten-
tiam agēdam ſic a iure expreſſam: vel
videt tempus non eſſe conueniēs pro-
pter nimios labores tunc inſtantes in
his caſibus poteſt confeſſor modera-
re penitentiam in toto vel in parte ꝑut
notat in glo. xxiij. q. iiij. ſi is. Et hoc in
tellige qn̄ ꝯtritū ſufficiēter viderit pctō
rē. Sed diceres. tn̄ Gregorius i omel.
dicit ⁊ ponitur in ca. ꝑdicto. Si is pre-
lat⁹ eſt dn̄ico debitori culpas īpune di
mittit. nō mediocriter profectō offēdit
qui debita celeſtis regis ⁊ dn̄i ſua pſū-
ptione reſoluit. Sil'r. j. glo. xxvj. q. vij.
hoc ſit poſitum. dicit q̄ non poteſt ſa-
cerdos totum dimittere ſine aliqua pe
nitentia. Et idē de pe. di. j. c. mēſuram.
⁊ c. ſi pctm̄. ⁊. xxvj. q. vij. tēpera. et. xv.
q. vij. hi qui. Tu dic q̄ omia illa loquū
tur de illo qui nō eſt contritus ſufficiē
ter vel de illo qui poteſt agere peniten-
tiam cōmode. Talib⁹ enim ſacerdos
ex toto nō poteſt dimittere et grauiter
peccaret remittēs quia ſic ſe oneraret
peccatis alienis.

## ¶ De reſtitutione ablatorum in ſatiſfactione.

ET qꝛ vt dicit ſanctus Tho.
reſtitutio male ablatorū li-
cet nō ſit ſatiſfactio nec ps
eius, eſt tamen preambulū
ad ſatiſfactionē: quia non eſt aliud niſi
ceſſare ab offēſa ideo de ipa aliqua ſub
iungā. Sciēdū aūt q̄ homo nec deo ſa
tiſfacere nec reconſiliari pōt qui rē de-

tinet alienã. Ideo ante oĩa qui alienũ
recipit et detinet ſi vult digne penitere
primo dꝫ omĩa illa reſtituere ſi pōt Si
aũt non pōt ſufficit voluntas reſtituē-
di cũ tanta reſtitutiōe q̃ꝫta poſſibilis ē
ſcḋm cōditionē vtriuſcꝫ ad arbitrium
bonorũ. Vñ nota ꝙ ſi quis aufert ali-
cui famam intētione infamandi eum
tenetur ad reſtitutionē fame. dicēdo ſe
falſũ dixiſſe ſi falſũ dixit. Si vero verũ
dixit et nō ſeruauit modũ fraterne cor
rectionis dicat ꝙ hoc dixit nō intēdēs
eius bonum. Itē ablationē virginita-
tis reſtituat ad arbitriũ bonorũ. vel ſi
eſt pena ſtatuta ĩ ciuitate illam ſoluat.
Similit̃ ad ablationē mēbri vel priua-
tionē vite alicui fiet reſtitutio ſcḋm cō-
ſuetudinē vel ſtatutũ cōmunitatis vel
terre. Tenet̃ etiã ſatiſfacere pueris et
vxori iterfecti. quia abſtulit pueris pa
trē ꝛ vxori maritum qui eos nutriebat
Vñ illud damnũ inde ꝓueniēs dꝫ eis
tũc reſtituere ſcḋm ſtatutũ. Et qꝛ vt di
cit doctor ſubtilis. xv. di. q. iij. Ex quo
oĩa illa vix aliquis pōt recōpēſare cōdi
gne expediret ſimilit̃ aĩe cuiuſlibet ho
micide vt ſolueret per paſſionē volũta
riã: vt. ſ. occideret̃ ꝓ homicidio. Vñ di-
cit ꝙ oportune prouiſum eſt in multis
cōitatibus vbi eſt ſtatutũ lex tallionis
in cã homicidij nec ſeruat̃ vt lex moſay
ca: ſꝫ vt euãgelica de qua Math. xxvj.
Oēs qui acceperit gladium gladio pe
ribũt. Itē ſi aliquis aliũ ĩpedit de pre-
bēda ꝯſequēda: ſi facit aĩo ledēdi ipſũ
tenet̃ ad reſtitutionē: non q̃ꝫtũ valebat
prebēda: qꝛ nōdum eandē fuit ꝯſecut⁹
ſed pēſatis cōditionib⁹ vtriuſcꝫ ad ar-
bitriũ bonorꝝ. Nã ſi fecit quia indign⁹
erat ille quē ĩpediebat vel vt de melio-
ri prouideret̃ iuſte fecit nec tenetur re-
ſtituere. Non ſolum autē qui accipit ſꝫ
etiam qui fauet accipiēti tenet̃ ad reſti-
tutionē: vt illi qui nouem pctis alienis
cōſentiunt. Nam qui iuuat facere tene
tur ad reſtitutionem totius Similiter
qui conſulit facere: ita ꝙ ſine eius con
ſilio nō fuiſſet factum totum reſtituat
alias reſtituat q̃ꝫtũ nocuit ꝑ ſe. Simili
ter adulator laudans raptorem quare
ipſe rapit: alias nō rapturus tenetur ĩ
ſolidum. id eſt in toto ſicut principalis
Similiter participans in crimine fur-
ti vel rapine tenetur in ſolidũ ſicut pri
cipalis. Similiter participans in re fu
rata vel rapta tenetur reſtituere eam: ꝛ
etiam qui eam ſcienter emit vel reci-
pit. Similiter qui videt furtum fieri ꝛ
tacet cum ex officio teneatur reuelare
tenetur ad reſtitutionē alias non. Si-
militer qui non prohibet cum tamē te
neat̃ ex officio. Similiter qui ſcit rem
vbi iacet ꝛ nō vult reuelare: ſi tamē pri
cipalis ſatiſfecit alij non tenent̃. ſcḋm
Ray. ꝛ ſm Tho. ij. ij. q. lxij. arti. v. Cũ
aũt ſpoliati ignorãtur tũc diſtribuētur
res in pios vſus pro pauperibus illi⁹
loci vbi rapina eſt facta: vel pro eccle-
ſijs eiuſdem loci: ꝛ hoc ſi non apparet
heres ſu⁹: quia ſi appareret illi fiet re-
ſtitutio. Si etiam ſit abſēs cui fieri de-
bet reſtitutio debet ei tranſmitti ſi cō-
mode fieri poteſt: alioquin in loco tuto
debet reponi ꝛ conſeruari pro eo. ſcḋm
Thomam. vbi ſupra.

## ¶ Cautele ex parte confitentis ſeruande.

PRimo caueat confitēs ne
diuidat cōfeſſionē: vtputa
dicēdo vnam: partem pctō
rum coram vno ſacerdote:
et aliã corã alio: ſed integraliter ꝯfiteãt
oĩa vni. de pe. di. v. c. j. Nã alias ꝯfeſſio
eſſet falſa ꝛ ficta: ꝛ ĩ ea nichil dimittit̃.
Iuxta illud. larga dei pietas veniã nō
dimidiabit. Aut totũ aut nichil propi-
ciãdo dabit. Si tñ ꝯfitens q̃s corã vno

ſacerdote nō recordabatꝛ aliqua pecca-
ta q̄ poſtea reducens memorie vadit ⁊
cōfitetꝛ corā alio: nō eſt diuiſio cōfeſſio-
nis: nec oportet vt reiteret cōfeſſionem
prius factā: ſed dicat i generali ꝙ cum
alia multa ſit cōfeſſus hoc fuit oblitꝰ.
Ita dicit ſanctus Tho. in. iiij. di. xvij.
q. xiiij. argu. iij. Multi autem idiſcrete
arguūt alios ꝙ tunc nec iſti nec illi cō-
fitētur qd̄ fieri oīno nō debet. Nam ſic
corā pluribus cōfitētes ſi faciāt eo pro
poſito vt multiplicēt eis interceſſores
et oratores ad deum: aut vt ſit corā plu
ribus ꝯfitentes eadem pctā maiorem
ruborē habeant commēdabiles ſunt.
Utile nam ꝗ eſt taliter confiteri pluri
bus propter maiorē verecundiā habē
dā que eſt maxima pars ſatiſfactiōis.
Et poteſt eſſe tam frequēs confeſſio ꝙ
etiam tota pena tollerētꝛ. Nā dicit ſan-
ctus Tho. di. xviij. q. ij. argu. iij. ꝙ per
abſolutionē ſacerdotis non ſolū culpa
dimittitꝛ ſed etiam de illa pena q̄ in pur
gatorio deberetur aliquid dimittitꝛ vt
minus in purgatorio puniatur abſolu
tus decedēs ante ſatiſfactionē ꝗ̄ ſi an-
te abſolutionē decederet: et ſic virtute
paſſionis xp̄i ſine preiudicio diuine iu
ſticie de penis ſingulorū proporciona-
biliter aliquid dimittitꝛ. Et ſubdit. Nō
eſt inconueniens ſi per frequentē con-
feſſionē etiam tota pena tollatꝛ: vt pec-
catum omnino maneat īpunitū ꝓ quo
pena xp̄i ſatiſfecit. Hec ſanctus Tho.
vt. s. ar. iiij. Utile eſt etiam ſic cōfiteri
pluribꝰ: qꝛ q̄libet ꝯfeſſor tenetꝛ orare ꝓ
ſuis cōfeſſis ⁊ eorū memoriā i miſſa fa
cere ſaltē generalē. Uerūtn̄ rep̄hēdēdi
ſūt ꝯfitētes: q̄ tunc iſti iſta pctā poſtea
alteri de nouo iterū cōmiſſa confitētur
verecundātes priorē confeſſorē ꝓ eo ꝙ
iterū eadē prius cōfeſſa poſtea cōmiſe
rint. Unde iducēdi ſunt ne hoc faciāt:
qꝛ cōfeſſor nouit eorū fragilitatē: vnde
nō debet imputare. Scd̄o caueat cōfi-
tens ne mentiatꝛ. ne. ſ. plus dicat ꝗ̄ res
ſe habet vel minus: qꝛ ſcd̄m ſctm̄ Aug.
et ſctm̄ Tho. ſi nō eſt pctōr mētiēdo fit
pctōr. xxij. q. ij. cum humilitatis cauſa
Et hoc multū arguit illos q̄ cauſa hu-
militatis de ſe plus fingunt vel cauſa
hypocriſis minus dicunt. Tertio ca-
ueat cōfitens ne aliquid obmittat: lic3
dubitet illud eſſe pctm̄ mortale. ſed di-
cat ꝯfeſſori totū querendo an ſit pctm̄
mortale: alias peccaret mortaliter ob-
mittēdo i tali dubitatiōe ꝯfiteri. Quar
to caueat ne omittat iterare cōfeſſionē
ſi ꝯfeſſus fuit ſacerdoti qui eū abſolue
re nō potuit. vl'ſi potuit neſciuit diſcer
nere. vel ſi cōfeſſio nō fuit itegra vt qꝛ
tacuit aliqd̄ pctm̄ mortale. vel neglexit
aut oblitus eſt ſatiſfactionē iniūctam
in pnīa. Similiter ſi confeſſus eſt ſine
cōtritione: puta habēdo ꝓpoſitū in idē
pctm̄ reuertēdi. In his eni caſibus te-
netur reiterare cōfeſſionē ſm̄ Petrū.
Sed an recidiuās tenetur cōfiteri pec
cata priora. Tho. in. iiij. di. xxij. q. iiij.
dicit ꝙ directe nō tenetur nec in gene-
rali nec in ſpeciali: ſed bene indirecte. ſ.
tanꝗ̄ illud ſine quo ſciri non poteſt de
bitus modus ſatiſfactiōis. vnde tenetꝛ
cōfiteri ⁊ notificare pctā dimiſſa quan
tū ſufficit vt ſciatꝛ que ſatiſfactio ſit ei i-
ponēda: vt ſi ipſe frequenter lapſū car-
nis paſſus eſt ex aliqua occaſiōe: ita ꝙ
occaſio per ſatiſfactionē preſcindatur.
et ſimiliter de alijs peccatis. Quito ca
ueat confitēs ne confiteatꝛ alieno ſacer
doti: hoc eſt nō proprio qꝛ alienus non
pōt eū abſoluere vel ligare. de pe. et re.
omis. ⁊ de pe. diſ. vj. placuit. Licet eni
oēs ſacerdotes claues ligandi atꝗ ſol-
uendi accipiant in ordinatiōe ſua: non
tamē equaliter laxata eſt illa poteſtas
ad quoſlibet ſacerdotes. Et illa pote-
ſtas ita cōceſſa eis eſt ligata quātū ad

exercitium ita q non poſſūt eam exer-
cere niſi det eis poteſtas iuriſditionis
ordinaria vel delegata ab epo vel a ſe-
de aplica ſm Jo.an.in.c.ois. Pōt aūt
proprius ſacerdos quadruplicit acci-
pi. Uno modo pro eo qui preeſt parro-
chie: vt plebanus qui habet poteſtatē
ſed modo iferiori. Alio modo q preeſt
modo ſupiori. ⁊ ſic epus eſt propri⁹ ſa-
cerdos omni homini ſue dioceſis ⁊ im
mediatus. vt in ca. cum eps. de offi.or.
li.vi. et in.c.vl.de of.archi. ſm Hoſti.
Uel q preeſt modo principaliſſimo: vt
papa. nam papa eſt proprius ſacerdos
omniū chriſtianorū ⁊ habet plenitudi
nē poteſtatis. de auctē. ⁊ vſu pal. ad ho
norē ⁊ de foro compe.c.vl. ⁊.ix.q.iij.cū
cta per mundū Tertio proprius ſacer
dos dicit habens iuriſditionē delega
tā ab aliquo predictorū: vel a legato pa
pe. de offi.lega.c.j. Quarto habens iu-
riſditionē a cōmuni cōceſſione vel per
miſſiōe iuris. ⁊ ſic proprij ſūt illi quos
epi ⁊ abbates exempti eligūt in pfeſſo
res. vt de pe. ⁊ re. ne pro dilatione. Sic
etiam in articulo mortis quilibet eſt p
pri⁹ ſacerdos illi quē audit ſi pprium
habere non poteſt. xxvj.q.vj. ſi preſby
ter. ⁊ ca. ſequenti. Hoc etiā modo vaga
būdorum hominū eſt quilibet propri⁹
ſacerdos ad quē deueniunt. Similiter
proprius ſacerdos peregrinorū eſt ad
quēcunq deueniūt cōcordāt Jo. and.
Innocen. Hoſti. frater Johannes. Hē
ricus. Jo. de lignano. de pe. et re. omis
Sciēdū tñ circa predicta q eps pōt cō
mittere audientiā cōfeſſionis fratrib⁹
predicatoribus vel minorib⁹ per ipſū
electis ⁊ pbatis. ſed illi non habēt au-
ctoritatē totalem ſicut plebani: niſi eis
ſpecialiter committatur: vt notat de ſe
pulturis. dudū. in cle. Nec cōfeſſus ta-
lib⁹ tenet iterū cōfiteri pprio ſacerdoti
vt quidā erronee putant: quorū auctor
fuit Joannes de pollicratis: quem re-
probauit Joannes.xxij. in quadam ex
trauaganti que incipit. Uas electiōis
Sciēdum etiam circa predicta q quis
poteſt confiteri alteri quam proprio ſa
cerdoti i pluribus caſibus. Primo ſi
ſubditus ſcit proprium plebanum he-
reticum aut ſollicitatorem ad malum:
aut fragilem ad peccatum: aut ad reue
landū pronū. ⁊ generaliter vbicūq cō-
fitens probabiliter timet ſibi vel ſacer
doti periculum tūc eni debet concurre
re ad ſuperiorem ⁊ petere licentiā alte
ri confitendi. hec Tho.in.iiij.di.xvij.
Hoſti. etiam enumerat octo caſ⁹. Pri
mus eſt quādo pprius ſacerdos eſt oī
no idiſcretus. de pe.di.vj.c.iij.placuit.
ſed in hoc ſubditus debet petere licen
tiam a ſacerdote proprio: quam ſi non
vult dare petat ab epo. Secundus qñ
parrochianus tranſtulit domiciliū ad
aliam parrochiā. Tertius qñ quis eſt
vagabūdus. Quart⁹ qñ quis qrit do-
miciliū quo ſe cōferat: nec dum quieta
tus eſt aut limitatus ad vnū locū Quī
tus cū quis deliqt in aliena parrochia
et cōmiſit rapinā. tunc eni ibi punit de
rap.c.j. et hoc ſi eſt publicū: ita q p eo
eſſet excōicatus a prelato ipſi⁹ loci. alˢ
ſi eſſet occultum pōt abſolui a pprio ſa
cerdote vbicūq furtū vel rapinā acce-
perit. Sextus rōne ſtudij vt cū clerici
accedūt de licentia prelatoꝝ ad ſtudiū
Septimus tēpore neceſſitatis. vt quia
infirmat ad mortem: vel debet intrare
bellū vel mare. Octauus ſi non ponat
ſpem in peritiam proprij ſacerdotis. ſꝫ
hoc vltimū cōiter non tenetur. In tali-
bus eni caſibus vbi quis confitet alie-
no debet ei iniungi vt ſe preſentet pro-
prio ſacerdoti nec propri⁹ ſacerdos dꝫ
ei credere ne diceret ſe eſſe abſolutū ab
aliqua excōicatione: q2 tūc nō tenetur
credere ſine litteris abſolutiōis. Ego

tñ cõſulo ẜm Richar. i. iiij. diſ. xvij. q.
j. ar. iij. ꝙ ſine cauſa multũ neceſſaria
vel legitima nõ q̃rat quis aliũ ſacerdo
tẽ ꝑter ꝓprium: ſicut multi cõſueuerũt
facere dubitãtes temere de vita ꝓprio-
rũ ſacerdotũ. ꝛ dicẽtes ꝙ nõ cõfitentur
illi inebriato; ſed q̃runt alienum cõtra
ſtatutũ eccl'ie. Sꝫ ſi alter diſcretior nõ
põt haberi vel ꝑlatus nõ vult dare licẽ
tiã ſubdito ꝯfitẽdi ꝑter ſe quid erit agẽ
dũ: Dicit Richar. ꝙ in tali caſu propter
bonum obediẽtie facit magis ſubdit⁹
vtilitatẽ aĩe ſue cõfitẽdo proprio ſacer-
doti minus bono dũ tamẽ ſit ſufficiẽs
q̃ꝫ ꝯfitẽdo alteri meliori. et dico de mi-
nus bono: non de minus diſcreto quia
alias ſemꝑ q̃rendus eſſet min⁹ diſcre-
tus. quod nõ eſt verum: ſed ſemꝑ que-
rẽdus eſt magis diſcretus ſi poteſt ha
beri. Nec excuſatur ſubditus indiſcre
to plebano confitẽs ſi eũ male iudicat:
q2 non tenetur cecus cecum ducere ne
ambo in foueam cadant. Et nota ꝙ in
caſu quo quis veniens de aliena parro
chia caueat imperitiam proprij ſacer-
dotis petẽs audiri confeſſionẽ ſuam ꝑ
alienum plebanum: dicẽs ſe habere li-
cẽtiam a proprio ſacerdote nunquid te
netur ei credere ille quem petit pro au
diẽda confeſſione. Reſpondeo ꝙ ſic: ꝑ
ut notauit Johannes andre. in glo. iiij.
capi. j. de priuilegijs. in clemẽtina. pro
quo allegauit de penitẽ. diſtin. vj. Pla
cuit. quia nõ eſt immemor ꝓſumend⁹
ſue ſalutis. j. queſtiõe ſeptima. Scim⁹
et de homicidio. Significaſti. Poteſt
autem hanc licẽtiam parrochialis da-
re etiam ſi nondum habet ordinem ſa-
cerdotij aut eius vicarius vices ſuas
gerens. vt dicit Joannes and. in. v. glo.
ibidem.

## ¶ De cautelis ſeruandis ex parte confeſſoris.

PRimo caueat confeſſor ne
ſuum parrochianum habẽ
tem caſum epiſcopi nondũ
expeditũ i quo tempore nõ
poteſt diſpenſare aliquo modo audeat
abſoluere ad cautelam: ſicut ſtulti qui
dã conſueuerunt facere. qui nõ cõfeſſo
res ſed deceptores potius appellandi
ſunt et ꝯfuſores: qui cum nõ pñt abſol
uere in caſibus epi dicunt parrochia-
no. Ecce ego te abſoluo ab iſto pctõ ad
cautelam vt poſſis iſtis diebus cõica-
re: ne de te ſcandalum oriatur ſi nõ cõi
cares iſto feſto paſche. Tu aũt poſt iſta
feſta accedens auctoritatẽ epi ꝯfitebe-
ris de iſto pctõ. O nõ ſic impie non ſic
ne decipias te ꝛ ipſum. Sic eni facias
et dicas. O bone fili: ego non habeo in
iſto caſu auctoritatẽ. ergo accedas ſta-
tim ad epm vel eius auctoritatẽ haben
tẽ. nec te prius procures ſacro euchari
ſtie niſi fueris abſolutus. Si enim nõ
poſſes accedere epm ãte iſta feſta: nul-
lo mõ accedas. Et ſi aliqui de te ſuſpi-
cabunt dicẽtes. Iſte nõ gratis nõ com
municauit iſtis feſtis vel ſi a te q̃rat vi
cinus tu⁹ quare non es cõicatus i iſto
feſto. dicat ꝙ hoc feci de ꝯſilio ſacerdo
tis mei vel ꝯfeſſoris: vel q2 habeo gra-
ues inimicitias cũ hoſtibus quibuſdã
quos nondũ euaſi. Et verũ dicit: quia
hꝫ inimicitias cũ diabolo: ꝛ eius laqos
diſrumpere ꝛ ipſũ expugnare de corde
ſuo: nec in hoc mẽtitur. Nõ tamẽ dicat
in hoc habeo inimicitias cum quibuſ
dã hoĩbus: ſed cum quibuſdã hoſtib⁹
niſi etiã haberet inimicitias cũ hoĩb⁹.
Sacerdos aũt hoc caſu qñ ſubdit⁹ cõ
fitet ſibi totaliter inueniens caſum epi
inter alios audacter abſoluat ab illis
et iniungat penitẽtiam pro illis q̃ ſunt
de auctoritate ſua. caſum vero reſerua
tum remittat ad epiſcopum. Non ſi-
cut quidam faciunt: qui poſtq̃ꝫ audiũt

in confeſſione caſum ep̄i ſtatim dicunt
cōfitenti. Vade nō habeo tecū quicꝙ
diſponere niſi accedas ad ep̄m. Et ta-
les exponunt ꝑſonas huiuſmodi ma-
gno periculo. q̄a ſepe cōtingit ꝙ tales
obliti fuerunt de peccatis prius cōfeſ-
ſis. Verūtamē ſi ſacerdos inuenit cō-
fitentem excōicatū a iure vel ab hoīe.
Vel ſi forte dicat cōfitens. Bone pa-
ter ego ſemel ꝑcuſſi clericum ordinatū
ex ira. vel ſum in excōicatione maiori:
tunc ſtatim ſacerdos nō audiat eiꝰ cō-
feſſionem: nec abſoluat eum ab aliquo
etiam minimo pctō donec fuerit ꝑ ſu-
periorē a ſentētia excōicationis abſo-
lutus. ⁊ ſe docuerit per litteras abſolu
tum ſm Tho. in. iiij. di. xviij. Secun-
do caueat ſacerdos ne aliquo modo re
uelet vel prodat confeſſionē ſigno nu-
tu vel facto. ſed oīno debet celare exte-
rius ſicut deus tegit interiꝰ. Per hoc
eni vt dicit Tho. in. iiij. di. xxj. hoīes
magis attrahūt ⁊ ſimplicius confiten
tur. Si aūt periculū immineret ⁊ hoc
ſolum ſciret ꝑ confeſſionē. vt quia ſcit
aliquē hereticū. ſilr ſcit incendiariuꝫ:
nō propter hoc debet reuelare eos ſed
potius monere dꝫ tales vt deſiſtant. ⁊
ꝑlato dicere ꝙ vigilet ſuper gregē ſine
oī reuelatiōe cōfeſſionis. Si etiā ſacer
dos cōpelleretur ad dicendū ꝑ ep̄m ta
lis bene poteſt dicere. Reuerende pa-
ter ego nihil ſcio: intelligēdo vt homo
q̄a ſcit vt deus. Nō ſoluꝫ aūt caueat re-
uelare illa que cadunt ſub confeſſione
ſacramētali vt pctā. ſed etiā alia geſta
⁊ facta per que poſſet quis deprehēdi
peccator: imo etiā illa que oīno nō per
tinent ad confeſſionē. Et idē dico ſi ali
qua dicūtur alicui nō per modum con
feſſionis q̄a forte non fit abſolutio nec
penitētie iniūctio: ſed tñ fit ſub ſpecie
confeſſionis. Nā in tali caſu lꝫ nō clau
datur tale dictum ſigillo confeſſionis
ſm Tho. in compendio. tñ talia oīno
ſunt ſeruanda ex honeſtate ac ſi in cō-
feſſione ſuſcepta fuiſſent ſm Tho. in.
iiij.º di. xxj. Si autem ſacerdos ſcit pec
catū preter confeſſionē pōt illud dice-
re: ſꝫ nō debet dicere ꝙ ſciat hoc ex cō-
feſſione ⁊ nihilominus debet abſtine-
re ab hoc quantū poteſt ꝓpter proni-
tatis cōſuetudinē. Nam ſacerdos pec-
cata reuelans que ſcit extra confeſſio-
nem: ⁊ ſepius hoc faciens aſſueſcit ex
hoc poſtea etiā reuelare ea que ſunt in
confeſſione ſibi dicta. ideo habeat lin-
guā refrenatā dentibus propter penā
depoſitionis ⁊ retruſionis in artū mo
naſteriū ad agendā penitentiā. de pe.
⁊ re. oīs. et de pe. di. vj. ſacerdos. Quā
do ergo vis ſecurus eſſe cum opus ha
bes de aliquo pctō tibi cōfeſſo require
doctiorē aliquē ſuper cōſilio dādo nō
dicas ſic. Ecce quedā perſona eſt mi-
hi confeſſa de ciuitate vel villa de hoc
quid cōſulitis cū ea facere: ſed potius
dimittas vt ipſa ſola conſulat vel que-
rat auctoritatē. Quod ſi forte veretur.
dicas ſic. Ecce quidā caſus accidit ſub
hac forma. vel peruenit ad me caſus
talis. quid conſulitis ſuper eo. Et licet
eſſet de licētia cōfitentis ꝙ poſſit reue-
lari. vt dicit Tho. vbi ſupra. hoc tamē
fiat ſine ſcandalo ⁊ abſtineat ab hoc ſa
cerdos quāto magis pōt vbi ſcandalū
timet. Ille etiā cui reuelatur de licētia
cōfitentis tenetur illud ſeruare ⁊ cela-
re ſicut confeſſor principalis: niſi dare
tur ſibi licentia a confitente ꝙ ille abſo
lute ac libere faciat ac ſi eſſet publice
factum. Caueat aūt cōfeſſor ne ſic re-
uelando de licētia cōfitentis dicat nar
rando dictū eſt mihi in cōfeſſione hoc
quia in nullo caſu debꝫ nec poteſt hoc
facere q̄tumcūq̄ haberet licentiā a cō
fitente: q̄a iſta ſola v̄ba includūt pctm̄
mortale: quia includūt reuelationē hu

tus vt cogniti eo modo quo nõ licet re
uelare ſm Scotū. Dicit tñ ſubtilis do
ctor in. iiij. di. xxj. q. ij. ꝙ ad celationez
peccati in confeſſione detecti tenet hõ
de lege nature. Iuxta illud. Nõ facias
alijs ⁊c. Math. vij. Quia quiſqȝ tenet
cõſeruare famã alterius ſicut propriã.
ſimilit fidelitatē debet ſeruare quã pe
ne vult ſibi ſeruari. Itē de lege poſiti-
ua que eſt. De ꝯfeſſione aliqua nullus
te tradere debet. Talis etiã dat occaſi-
onem ficte cõfitendi. Tertio caueat ſa
cerdos ne audiat mulierē illaȝ cū qua
peccauit. ſcȝ. concubinã vel adulteram
ſuã. Nã lȝ ſm dñm archi. xxx. q. j. in. c.
oĩs ſup glo. ij. talis ſacerdos põt tali
mulieri iniūgere penitentiã cū ſit par-
rochiana eius ſꝫ Hug. qui hoc notat
iij. q. vij. ca. vlt. Quicqd tñ eſt de hoc a
liud ego video. ſ. ꝙ clerici nõ debent ſu
is cõcubinis penitētiã iniungere. ſed
magis eas inducãt vt ab alijs penitē-
tiam accipiãt: vt in glo. xxxiij. q. ij. pla-
cuit. Et hoc totum eſt propt honeſta-
tem ſm Bartholomeū brixiē. ⁊ propt
ordinē ſm Hug. Quantū tñ eſt de iu-
ris rigore ſi preſbyter dat penitētiã cõ
cubine ſue pro delicto cõmiſſo valebit
penitētia ſm archi. q̇ ita notat. xxxiij.
q. ij. vbi hoc idē ſentit Laurentius po
lonius dicēs cū glo. xxx. q. j. omnes ꝙ
preſbyter orientalis ſicut rutenus vel
grecus nõ audit pctã ſue vxoris: quia
nec ipſa libere cõfitetur ſi adulteriū cõ
miſit. Ergo in oĩbus iſtis melius eſt
ꝑſonas hmõi remittere ad ſuperiores
⁊ ego miror de tantis in hoc difficulta
tem faciētibus an preſbyter poſſet au
dire ſue cõcubine cõfeſſionē. Ego aūt
video ꝙ iſte caſus eſt epalis vt dictuȝ
eſt ſupra de caſibus epalibus. Quar-
to caueat ſacerdos ne exiſtēs in crimi
ne audiat confeſſiones aliorū: nã talis
grauiter peccat. nã ſacerdos bene do-
cēdo pplȝ ⁊ male viuēdo inſtruit deū
q̃uo eum cõdēnare. xl. di. c. multi. ⁊ de
pe. di. vj. qui vult. ℣. ſacerdos. vbi dicit
Aug⁹. Sacerdos cui oĩs offert pctõr:
ante quē ſtatuit oĩs lãgor in nullo eo-
rum ſit iudicãdus que in alio eſt iudi-
care prõptus. Ubi dicit glo. ꝙ peccat
ſacerdos in crimine iniungēs pñiam
⁊ verū eſt. vt. iij. q. vij. Itē in euãgelio.
vbi dicit glo. ꝙ ſi in neceſſitate ſu⁹ par
rochianus petat ab eo pñiam cõterat
ipſe ſacerdos ⁊ ſtatim iniūgere poteſt:
vt dicit glo. Quãdo ergo tu ſimplex ſi
cut et ego legis auctoritates ꝙ nõ ſoli
ſancti exiſtentes ſoluūt peccatores: ſȝ
etiã mali q̃nqȝ iudicabãt aliorū exceſ-
ſus ⁊ pctã ſicut ſaul cum a dño eſſet re
probatus populū dei iudicabat: ⁊ eius
iudiciū vniuerſus pplus expectabat.
Itē dauid cū eſſet adulter ⁊ homicida
interrogatus a propheta ſententiã in
diuitē dedit qui ouē pauperis rapuit
dicens. Filius mortis eſt vir qui fecit
hoc. ij. Regū. xij. Itē ſolomon cum a-
more muliercularū deos gentiliū cole
ret. tñ vniuerſa plebs iſraelitica ad ei⁹
iudicium cõfluebat. Sic ⁊ achab quã
uis coleret Baal. tñ decem tribus iu-
dicabat. iij. Regum. xxij. Nõ te decipi
as quiſqȝ iſta legens: q̄a nihilominus
grauiter peccas. lȝ abſolutio quã facis
in ſubditos teneat apud deum quan-
tum ex officio: non ex iuris merito. q̄a
vtiqȝ melius faceres ſi ex vtroqȝ abſol
ueres: quia et tibi meriti gratiam me-
rereris. et confitenti veniam adauge-
res. Quinto caueat ſacerdos ne audi-
at ſacerdotem ſine licētia ſpeciali vel
generali epi ſui: niſi epiſcop⁹ ſciret vel
approbaret tacite vel expreſſe. Et hoc
eſt contra multos plebanos quorum
vnuſquiſqȝ audit aliū. ⁊ ꝑſertim in ca
ſibus fornicationum qui ſunt caſus
epiſcopales: vt multotiens clamaui et

adhuc clamo more lupi in celum ꝛ terrā ꝙ iſti decipiũt ſe. Sexto caueat confeſſor ne cõfitẽtẽ qui nõ vult vel nõ põt ſufferre onus penitentie remittat a ſe vacuũ. Caueat etiā ne exigat iuramentũ a cõfitente de peccato illo de quo cõfeſſus eſt amplius non faciẽdi neqꝫ cõmittẽdi. hoc enim reprobatur. xj. q. iij. vbi glo. ij. dicit ꝙ ab hereticis reuertẽtibus ꝛ ab incendiarijs: vel in horrendis criminibus ſimilibus tantũ iuramentum exigetur vt iuret cõfitens de cetero ſe nũqꝫ ſimile cõmiſſurũ. Et expreſſe prohibet glo. ibidẽ hoc non fieri in quolibet peccato mortali Ego tamẽ cõperi quoſdam ſciolos apud ſe a mulieribus coniugatis extorſiſſe iuramẽta ſuper fornicationẽ de cetero non faciẽdam quantũ periculi ſit quilibet aduertere poteſt. Quando ergo venit ad te homo qui non vult ſubire onus penitentie dicas ſibi iuxta tenorem ca. ꝙ quidem. de pe. ꝛ re. Quod ſi cõfitetur: ſed ſe dicit abſtinere non poſſe: nichilominus eius confeſſionem audias ꝛ dicas ei ꝙ non eſt vera penitentia talis: ſed ꝙ diſponat ſe q̃ꝫto citius poteſt ad propoſitum abſtinendi a pctis huiuſmodi. Cũ aũt habet ꝑpoſitũ abſtinẽdi a pctis ſed nõ vult ſubire onus penitẽtie tā magnũ ſicut ſua pctā reqrunt. dicẽdũ eſt ei. Chariſſime fili tu debuiſti ꝑ iſtis pctis penitẽtiā agere tātam vel tantā. ſed ex quo nõ vis ſufferre eā ſcias ꝙ exigetur a te ĩ purgatorio: et nichilominus ex quo habes ꝯtritionem ego te abſoluā. In hoc eni caſu melius eſt de mia facere rationẽ q̃ꝫ de iuſticia. ſi tñ eſſet ſuſpectus aliquis de quo pſũmit ꝙ non faciat quod ei precipit dicẽdũ eſt ei ꝙ ſi non facias hoc puto ꝙ nõ reſtituat talem rẽ de qua cõfitet᷑ ꝙ carebit fructu confeſſionis. et iſte eſt mod⁹ optimus et ſecurus.

## De penitentijs infirmorũ et decedentium de hac vita.

Habitis cautelis modis et diſpoſitionibus penitẽtiũ in bona ſanitate vidẽdum eſt de penitentijs infirmorũ ꝛ decedẽtiũ de hac vita. Eſt igit᷑ ſciẽdum ꝙ ſacerdos circa quẽlibet moriturũ primo ad eũ veniẽs ita q̃rat ſcdꝫ cõſiliũ Anſelmi dicẽs. Chariſſime fili habes ne forte ĩtentionẽ abſtinendi a pctis ſi ſuperuixeris ꝛ de eis ſatiſfaciẽdi. ꝛ ille dicat ꝙ ſic. Itẽ letaris ꝙ in fide xp̃iana decedis. ꝛ ille rñdeat. Etiā. Itẽ fateris te nõ ita bñ vixiſſe ſicut debuiſſes. rñdeat. fateor. Item credis ꝙ propter te eſt mortuus filius dei viui ieſus xp̃s rñdeat Etiam. Item credis reſurrectionẽ mortuorũ. rñdeat. etiam Tũc hortare infirmũ dicẽs. Age ergo penitentiā dũ eſt aīa in te habẽdo verā cõtritionẽ et in morte xp̃i verā fiduciā cõſtitue huic morti te totũ cõtege ꝛ inuolue. Et cũ dñs deus tu⁹ voluerit te iudicare. i. iuxta pctā tua. dic Dñe mortẽ dñi nr̃i ieſu xp̃i obijcio iter me ꝛ iudiciũ tuũ aliter tecũ nõ contẽdo. Si dixerit de⁹ ꝙ mereris damnationẽ. dic attẽdo crucẽ dñi nr̃i ieſu xp̃i ꝛ nulla merita mea ipſiuſqꝫ meritũ offero pro merito meo mõ qđ ego habere debuiſſẽ nõ habeo. Iſtis ſic habitis audiat eũ ꝯfeſſionẽ: q̃ cũ confeſſ⁹ fuerit nõ eſt ei ĩponenda quātitas pnie ſed innoteſcẽda. xxvj. q. vij. ab ĩfirmis. qui poſtqꝫ cõualuerit illā pniam ſeruare debebit. Dicat ergo ei cõfeſſor. Bone fili: ecce tu ꝑ iſtis peccatis tñ deberes pati ſi ſuperuiueres. Uñ ex quo iā nõ potes ſatiſfacere pro eis in pñti vita doleas ſaltẽ quantũ potes. roga tñ amicos ad faciẽdũ ꝑte orõnes ꝛ elemoſynas. ſi aũt cõualueris accedas iterũ ad me. ꝛ ego iniũgam tibi

pniam ſalutarē. Quare aūt innoteſcē-
da eſt pnia taliter decedēti. Archid. in
dicto. c. ab īfirmis. dicit ꝙ propter duo
ſcʒ. vt ſciāt amici quā recōpēſationem
facere debeāt. ⁊ vt iſte ſciat qualiter pe
nitere debeat ſi ſuperuixerit. Et idem
ponit verba qualiter tales ſunt ammo
nendi dicēs. Talia pctā qualia tu per-
petraſti tot annorum a nobis peniten
tiā accipiunt. Sed te interim quouſqʒ
euaſeris forte expectamus: vt tūc tibi
congruā penitentiā īponā. ſi autē dn̄s
noſter vite terminū tibi dare voluerit
per auctoritatē petri ⁊ pauli principis
cui date ſunt claues regni celorū: abſol
uo te a pctis tuis p̄dictis. ⁊ ſacrificia ⁊
preces: necnon elemoſynas et ieiunia
necnō et cetera opera pietatis que pro
te fiant tibi profutura in redemptio-
nem anime iudico ⁊c.

## ¶ Quomodo ſacerdos ſe habere debeat erga infirmos.

Ut autē practicam habeat
ſacerdos circa predicta ſic
procedat: veniens ad infir
mū premiſſis iſtis interro
gationib⁹ ſupradictis: audita cōfeſſiōe
nō iniūgendo ſed innoteſcendo penitē
tiā eo mō quo ſupra dictū eſt ſic eū ab-
ſoluat. Miſereat᷑ tui deus omꝑs et di-
mittat tibi pctā tua: ⁊ perducat te in vi
tam eternā. Dn̄s noſter ieſus chriſtus
te abſoluat ab oībus pctis tuis que cō
miſiſti cogitatione: locutione: opere et
omiſſiōe: et auctoritate dn̄i nr̄i ieſu xp̄i
qua fungor in hac parte ego te abſoluo
ab oībus ſentētijs excōicatiōis mino-
ris ⁊ maioris ab homine vel a canone
in te latis: ⁊ ab oībus pctis tuis deo et
michi cōtritis ⁊ cōfeſſis aut oblitis: et
reſtituo te in gremiū ſancte matris ec-
cleſie ⁊ pticipationi ſacroꝝ. In nomie
prīs ⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti amē. Si vero
decedēs habet bullam papalē a pena
et a culpa in agone tn̄ tūc obſeruetur
forma bulle ⁊ abſoluatur ſic. Et primo
tam ī iſto caſu ꝙ̄ in oībus ſupradictis
promittat decedens ſatiſfactionē oib⁹
quib⁹ tenetur: vel a quibus illicite ali-
quid recepit per vſuras: vel aliter iniu
ſte. Et hoc faciat per ſe ſi ſuperuixerit
infra certū tēpus ſibi aſſignādum: vel
per ſuos heredes: quos tunc obliget: ⁊
tunc deinde abſoluat᷑ premittēdo ſicut
pri⁹. Miſereat᷑ tui ⁊c. ⁊ auctoritate dn̄i
nr̄i ieſu xp̄i et ſctōrum petri et pauli: ⁊
auctoritate dn̄i. N. pape michi in hac
parte vigore gratie tibi facte cōmiſſa:
ego te abſoluo ab oībus ſententijs ex-
cōicatiōis maioris vel minoris ab ho-
mine vel a canone in te latis: cōcedoqʒ
tibi oīm pctōrū tuorū de quibus cōtri
tus es ⁊ cōfeſſus plenā remiſſionē. In
noīe prīs ⁊ filij ⁊ ſpūs ſcti. Circa predi
cta tn̄ eſt ſciēdum ꝙ quilibet ſacerdos
ſimplex in mortis articulo hʒ plenam
auctoritatē abſoluendi decedētē ab oī-
bus excōicationibus et pctis: ſeruata
tamen forma eccleſie. Unde ꝙ̄tūcūqʒ
vnus ſit excōicatus a iure vel ab hoie:
dummō fuerit ī forma eccleſie abſolu-
tus ſepelietur in cimiterio: niſi ius ſibi
ſpecialiter denegaſſet ſepulturam et in
hibuiſſet: vt patet de torneamētis per
totū: ⁊ ſic de alijs. Forma autē eccleſie
circa iſtos ſeruanda eſt hec. Primo ſi
eſt excōicatus per cōtumaciam ꝓmit-
tat ſtare ⁊ parere iuri: ſi autē eſt excōi-
catus pro debito ꝓmittat ꝙ ꝙ̄cito cō-
ualeat ſatiſfaciat creditori: ſiue ſint vſu
re ſiue rapine ſiue ſpolia ſiue quodcun
qʒ aliud debitum. Quod ſi cōtigerit eū
decedere tunc ponat heredes ſuos vel
alios habentes ibi bonos fideiuſſores
ſuos qui pro ipo ſatiſfaciant cū effectu
et hoc ipſi fideiuſſores debent facere ⁊
promittere anteꝙ̄ abſoluat᷑. Dicēdum

eſt etiā ei ꝙ ſi ſuperuixerit ⁊ infra tempus ſibi aſſignatū poſtq̄ꝫ conualuerit nō ſatiſfecerit reincidit in ſentenciā eandem excōicationis. vt in. c. eos qui. de ſen. excō. li. vj. Si aūt eſſet paup ꝗ non poſſet facere vl' habere fideiuſſores ſaltim promittat ꝙ poſtq̄ꝫ ad pinguiorez fortunā veniet vult ſatiſfacere: ⁊ ſufficit. de ſolutionibus. Odoardus. Omnibus aūt premiſſis ſacerdos corā teſtibus poteſt eū ſepelire in cimiterio vel ī eccleſia eo modo quo dictū eſt ſupra. Unde ſic dicit Grego. papa. ix. c. vl. de ſepult. cuilibet curato. Parrachiano tuo qui excōicatus eſt pro manifeſtis exceſſibus: videlicet pro homicidio: incendio: violēta manuū iniectione in ꝑſonas eccleſiaſticas: vel eccleſiarū violatione vel inceſtu: dū ageret in extremis ꝑ preſbyterū ſuū iuxta formā eccleſie abſolutus nō debet cimiteriū et alia eccleſiaſtica ſuffragia denegari: ſꝫ eius heredes ⁊ propinqui ad quos bona peruenerūt ipſius: vt pro eodē ſatiſfaciant cēſura eccleſiaſtica ſunt cōpellendi. Hec ibi. Et quia multi dubitāt vtruꝫ taliter abſoluti in agone poſtea debent abſolui per iudicē ſuperiorē ex quo fuerūt excōicati eſt ſciēdū ꝙ ſi predicti infirmi cōualeſcunt ⁊ faciūt ea ꝗ eis iniungunꝰ nō debēt vlterius querere vlteriorē abſolutionē ab aliquo iudice a quo fuerunt excōicati: ſed contēti erunt abſolutione ſimplicis ſacerdotis per quē fuerūt in agone abſoluti alias eni ad quid valet illa forma circa eos obſeruata. Illa eni abſolutio circa eos facta dū tradebatur in agone licet nō deceſſerit eſt valida in tantū acſi ꝑ illum iudicē per quē fuerunt excōicati fuiſſet facta: ꝗa in tali articulo qui ibꝫ ſacerdos eſt papa. de pe. di. j. quē penitet. ⁊ de ſen. excom. nō dubites. ⁊ co ti. eos qui. li. vj. Sciat autē ſacerdos qui abſoluit vſararium vel raptorē vel incendiariū: ſacrilegum: homicidā: percuſſorē clerici: vel ſimilē in agone ſine forma ſupradicta: puta nō accepta ab eo promiſſione vel cautione fideiuſſoria ſufficienti ꝙ ipſe ſolus ſoluat illos quos negociū tangit. Tenetur eni ex quo nō ſatiſfecit forme ſtatute ab eccleſia ⁊ illis ſubtraxit ꝑſonā contra quaꝫ reſtabat eis actio. Ad hoc facit clemē. eos ꝗ. de ſepulturis. in fi. nec puta ipm abſolutū fuiſſe quo ad actionē: quia eccleſia nō habebit eū pro abſoluto niſi alias ſacerdos ſatiſfaceret pro eo.

## Regule quibꝰ pctā mortalia atqꝫ venialia ſunt cognoſcēda

Expeditis modis congruis quibus ſe cōfeſſores circa audiendas cōfeſſiones regere debent: vtile iudicaui confeſſoribꝰ occaſionē dare aliquā cognoſcēdi: ⁊ ſi nō certitudinaliter coniecturatiue tū pctā mortalia et venialia. Pro quo primo eſt ſciendum ꝙ pctm̄ mortale ſic diffinit: eſt cōmiſſio ſiue omiſſio volūtaria recte ratiōi cōtraria: rōne cuius ⁊ de per ſe ꝑditur grā. Uñ ex hoc nō plus accipe niſi ꝙ peccatuꝫ mortale eſt cōuerſio inordinata per delectationē ad creaturā ſupra deuꝫ vel equalit̄ cū deo. Ueniale aūt fit ꝑ delectationē in creatura citra deū vel ſub deo. Et dr̄ mortale ꝗſi magis dignum morte: ꝗa īfert mortē culpe ⁊ aufert vitā grē. Ueniale aūt ꝗa venia dignū. et cōmittitꝰ veniale ex ipotētia ⁊ inaduertētia ⁊ ignorātia. Et cū nullū iſtorum ꝓcedat ex malo ꝓpoſito ſiue malicia: ergo dicitur venia dignū. Ponā igitꝰ aliquas regulas de noticia peccatorum mortaliū. Prima eſt ꝗñcunqꝫ hō preſert creaturā creatori vtputa magis ei intendendo: ſibi plus credēdo: de ipſa

plus cōſidēdo q̄ꝫ de deo: aut ei maiorē
honorē exhibēdo q̄ꝫ deo: ſilr ei pl⁹ pla
cendo q̄ꝫ deo: ꝛ mandatis eius ꝓpti⁹
obediēdo: aut ei ſubijciendo: au t diffi-
ciliora pro ea q̄ꝫ pro deo ſuſtinēdo: pl⁹
in ea q̄ꝫ in deo delectādo: aut pro ea di-
uina mādata tranſgrediēdo: aut in ea
ſufficientiā ſuā ponendo: tūc ſemꝑ pre
ſumitur mortale peccatū. Ex hoc col-
lige hoc notabile dictū ꝙ quādo amor
vel affectio ad creaturā ſiue ad ſe ſiue
ad aliū tantū creſcit in hoīe vel eſt taꝫ
magna ꝙ in ea cōſtituitur vltimus fi-
nis: ſic ꝙ aliquis nec actu nec habitu
ordinat illā creaturā nec eius dilectio
nē: aut etiā ſeipſum ſm deū. ſed vellet
cum tali creatura contētari ꝛ nō curat
deū offendere: aut ꝑcepta eius trāſgre
di propter illā creaturā: vel nō curaret
de beatitudine dūmodo poſſet hic ma
nere cū tali creatura: oīa iſta ſunt mor
talia. quia includūt contēptū dei licet
nō formalē tn̄ interpretatiuū ꝛ eſt frui
tio creature que preponitur deo. Hoc
eſt contra illos curienſes qui amore a
maſirum ſuarum debachati dicunt.
O ſi tecū poſſem in perpetuū manere
nō curarē ſi deus in celo reſideret ꝛ me
hic tecū dimitteret. O miſer omnium
miſerorū infeliciſſime: qui nō guſtaſti
q̄ꝫ ſuauis eſt dn̄s ſperantibus in ſe: et
quāta preparauit diligentibus ſe. Si
tn̄ aliquis diligit creaturā pluſq̄ꝫ debꝫ
ſed tn̄ propter hoc deū nollet offende-
re aut eius amiciciā perdere nec trā-
gredi eius preceptū: aut eum propter
hoc deſerere: tūc nō oportet ꝙ ſit mor
tale. Secūda regula qn̄ aliquid cōmit
titur contra dilectionē dei vel proximi
notabiliter tūc eſt mortale. Illud autē
eſt ꝯtra dilectionē dei ꝛ quod violatur
amicicia inter deū ꝛ hominē: vt cū fit
aliquid cōtra eius prohibitionem vel
qd̄ ſibi diſplicet. Illud vero fit contra
dilectionē proximi qd̄ hō facit proxi-
mo: ꝛ tamen ſibi nollet hoc fieri. iuxta
illud. Nō facias alijs ꝛc. ꝛ qd̄ tibi rati
onabiliter ꝛ ex debito vis fieri ꝛc. Et
pōt etiā attendi penes ſcandalū acti-
uum ꝙ ego infero proximo ꝑ mala exē
pla. Sed quantū importat cōtra dilec-
tionē: vel quantū ſit illud ſcandalum
ad hoc ꝙ ſit mortale nō ꝑciſe determi-
natū eſt: quia in modico facere contra
proximū aut in paruo ſcandalizare nō
eſt mortale. Unde quilibet attendat ſe
ipſum quid ſibi vellet fieri: ꝛ quid ſibi
nollet fieri. ꝛ ꝑ qd̄ factū ꝛ nō factū int
ſe ꝛ proximū amiciciā q̄ꝫ ſimul habēt
ſolueret. Tercia regula qn̄ aliquis cō-
mittit vel omittit cōtra preceptum dei
vel eccleſie vel legis nature: vel ſuperi
orum. ꝛ preſertim ſi ſunt ꝑcepta de ne
ceſſitate ſalutis: vel facit contra votuꝫ
publicū vel contra iuramentū licituꝫ:
tale eſt mortale. Quarta regula quan-
do aliquid fit vel omittitur cōtra con-
ſcientiā vere vel falſe dictantē aliquid
eſſe mortale vel cōtra conſcientiam for
midantē probabiliter ꝛ dubitatiue an
ſit mortale ſi conſciētia nō ſit ſufficien
ter inſtructa. Quinta regula eſt de acti
bus intus manētibus qn̄ quidē quis
habet ſolā cogitationē de aliquo quan
tūcunq̄ꝫ turpē vel malā abſq̄ꝫ tamē cō
placentia ſeu delectatione vel cōſenſu
nūc nunq̄ꝫ eſt mortale: ſed vel veniale
vel nullū. Quādo vͦo eſt conſenſus in
actū qui eſſet pctm̄ mortale tūc ſemꝑ
eſt mortale: quia deus voluntatē pro
facto acceptat. Quando aūt cū cogita-
tiōe aut cōplacentia eſt delectatio mo
roſa in aliqd̄ turpe ꝛ ſpecialiter in libi-
dinoſis: tunc eſt mortale ſm dictū Au
gu. eſto ꝙ nō ſit conſenſus in actū ſed
in ſolā moroſam delectationem. ꝛ hoc
bene eſt attendendū. plures enim hic
decipiūtur. Ex his ergo iam ponam⁹

practicam de ſingulis pctīs mortalib⁹ ⁊ primo de ſuperbia que tunc eſt pctm̄ mortale ſcḋm primā regulam quandoqꝫ quis ſubtrahit ſe a ſubiectione et obedientia diuina: ⁊ totam vitam ſuā ordinat ad laudē humanam ⁊ ad vanā gloriam. Talis enim exquo nō curat hoc facere ad laudem dei ſed poti⁹ humanam: videtur homies plus diligere qꝫ deum: quia illis plus vult complacere qꝫ deo. Similiter eſt mortale per regulam ſecūdam cum quis pro ſua ſuperbia faciēda faciat extorquere paupes proximos ꝑ ſuis tunicis pompoſe faciēdis. Similiter cum quis non curat ſcandalizare proximos: ſicut ſunt mulieres ornantes ſe que prebēt occaſionem vidētibus ad concupiſcendū eas Uel cū quis preſumptuoſe tranſgreditur precepta dei vel precepta legis nature: vt faciēs alteri quod ſibi diſplicet tunc eſt mortale per tertiam regulam. Quādo vero quis appeteret humanā laudē vel vanam gloriam alijs modis tunc eſt veniale. Itē auaritia eſt mortale pctm̄ per ſecundā regulam quando aliquis appetit diuitias habere nō curando an per fraudē: mēdacia: vſuras periuria: ꝑ ludos illicitos: vel emptiones: vel venditiones exercens illicitas vel detinēdo debita aliorum: vel mercedē ſeruorū ſuorum: peccat mortalit̄. Silr̄ per primā regulam eſt pctm̄ mortale: ſi nimis magna ſpes in eis conſtituitur. Eſt etiam per tertiam regulam pctm̄ mortale quando pro eis acquirēdis negligūtur precepta ſalutis: vt forizando die dn̄ico vel feſtiuo. Item per quartam regulam fit peccatum mortale quādo dubitatur de cōtractu ſit licitus: ⁊ tamē exercetur. Quādo vero appetunt̄ diuitie pluſqꝫ ſūt neceſſe ſed tamē nollet eas acquirere malo et iiuſto modo veniale eſt pctm̄ ſcḋm Aug. i li. de purgatorio. vel quādo nollet offēdere deum nec in eis confidere: tūc etiam eſt veniale ⁊c. Itē gula eſt pctm̄ mortale per primam regulam quando qs tātam delectationem in comeſſatione vl̄ potatione habet qꝙ propter ipſam non curat deum offēdere aut miſſas negligere vel ieiunia frangere. Itē quando homo grauat ſe potu intm̄ qꝙ vſum ratiōis obmittat obliuiſcēs vbi ſit ⁊ redditur vt beſtia. vel cū aliū ſtudioſe inebriat. ⁊ hoc eſt pctm̄ mortale per ſecūdam regulā. et hoc eſt verū ſi ſcit fortitudinem pot⁹: quia ſi neſcit ⁊ bibit exceſſiue cauſa ſeſſiōis vel collatiōis amicorum ⁊ ſociorū eſt veniale. Itē ꝑ quartam regulam eſt mortale ſi quis cōtra cōſcientiā ſibi dictantē: qꝛ talem potū bibere immoderate eſt deſtructio capitis. vel quia hoc eſt peccatum tali die. vel quia unde ſcandalum oritur: eſt peccatum mortale. Hoc attendat preſbyter viſitans tabernas: ex cuius viſitatione ſcandalizantur laici: ſi talis peccat mortaliter iudicet ſeipſum. Si aūt quis comedit vel bibit ex delectatione vel vltra mēſuram vel precioſos cibos ſumit: ſed tn̄ nollet ipſe ſibi ꝑ hoc ordinare aliquod īpedimentū ſanitatis vel ſalutis. licet ei eueniat dolor capitis vl̄ infirmitas alia eſt veniale. Itē ira quādo procedit vſqꝫ ad odium proximi ita qꝙ vult notabiliter nocere proximo i rebus corpore vl̄ honore eſt mortale per ſcḋam regulā ſi aūt ex cōmotione ſubita vult malū, primo nō bn̄ deliberatus qꝙ tn̄ deliberat⁹ nō faceret eſt nō mortale Itē iuidia q̄ eſt triſticia de bono, proximi ſi procedit ex odio perſonali eſt peccatū mortale per ſcḋam regulam vel ſi gaudet de malo proximi ⁊ triſtatur de ipſius bono et tamen ex hoc nullā habet vtilitatem ſp eſt mortale. ſꝫ ſi ideo gaudet de malo ne ſit ei nociuus: puta

gaudet de ſui inimici depreſſiōe vt per
hoc ſit ſibi ad nocēdum minus potēs
hoc nō eſt pctm̄ mortale. ſilr detrahēs
et īfamās ex īuidia eſt mortale. Itē lu=
xuria q̄ eſt coit⁹ oīs extra thorū matri=
monialē ſp eſt pctm̄ mortale. ſilr cōcu=
piſcētia cū delectatiōe moroſa: vel con=
ſēſus in talē actū. ⁊ oīs actus turpis in
locis īpudicis vt oſcula ⁊ alia que vere
cundaretur hō facere corā hoībus ſūt
pctā mortalia. Similiť dicēdum eſt de
amicitia et fauore viri ⁊ mulieris. qui=
dam dicunt ꝙ eſt mortale pctm̄ eo mo
do videlicet dum vnus vult cōplacere
alteri in actibus preſcriptis ſcʒ oſculis
motibus ⁊ tactibus inordinatis dans
ſibi poteſtatem i ſe exercēdi vel habēs
animum paratū ad hoc dū alter nollet
exercere. ⁊ tales ſtantes in tali pericu=
lo vel propoſito non ſunt in via ſalutis
Item accidia eſt tediū de diuinis reb⁹
et de rebus ſpiritualibus: vel tarditas
et pigritia ad audiēdum de deo ⁊ faciē
dū ea que ad deum ſpectant et eſt mor
tale Unde patet ꝙ diſtractio cogitatio
vel occupatio exterior īfra diuinū offi=
cium eſt pctm̄ accidie. et ſi eſt ſtudioſa
applicatio ad talia impertinētia: ita ꝙ
nō curet homo a ſe repellere huiuſmo
di cogitationes ⁊ dimittere occupatio=
nes eſt mortale peccatum. Et nota cir
ca predicta ꝙ aliud eſt mortale aliō ve
niale et aliud criminale. vnde īter mor
talia et criminalia eſt differentia ſicut
inter genus ⁊ ſpeciem. nam omne cri=
minale eſt mortale: ſed non econuerſo
mul a enim mortalia ſunt que non ſūt
criminalia. id eſt capitalia que nō indu
cunt decapitationem ſiue depoſitionē
vel exilium vel intruſionem carceris:
licet quodammodo omē peccatum vo=
cetur crimen. di. xxv. vnum orarium. ſ.
criminis appellatio. Primum pecca=
tum criminale eſt peccatuz hereſis: vt
errare ī fide trinitatis. xxiij. q. ij. primū
Secūdum eſt inceſtus: vt habeť. xxxij
q. vij. c. adulterium. ⁊ c. flagitia. Ter=
tium eſt homicidiū. l. di. placuit Quar
tum crimē leſe maieſtatis. vj. q. j. ſi q̄s
iij. q. v. accuſatoribus. Quītum crimē
ſacrilegij. ij. q. j. in primis requirēdum
eſt. xvij. q. iiij. ſi quis ī atria. ⁊ c. frater.
Sextum inceſtus. iij. q. iiij. conſangui=
neorum. xxxv. q. iij. de inceſtis. et eadē.
q. viij. hec ſalubriter. Septimum con=
ſpiratio. xj. q. j. conſpirationum. ⁊ c. ſi
quis clericorum. Octauum adulteriū.
xxij. q. vij. quid in omnibus. et eadem
cauſa. q. iiij. Nonum falſū teſtimoniū.
xxij. q. iiij. non periurabis. vj. q. j. qui=
cunqʒ. Decimum eſt crimen ſymonie
reſpectu cui⁹ omnia crimina pro nichi
lo reputantur: vt de ſymonia ſicut ſy=
moniaca. j. q. vij. c. vl. Undecimum eſt
vſura. iiij. q. iij. pleriqʒ. Alia autem pec
cata non vocantur criminalia: quia nō
ſunt capitalia: licet mortalia ſint: ſunt
enim diſpenſabilia ſine decoloratione
ſtatus eccleſie. j. q. vij. diſpenſatores. ⁊
c. ⁊ ſi illa ſcdm Archid. xxv. diſ. audire
Item peccata mortalia ſunt omnia cō
tra decem precepta commiſſa que enu
merat appſtolus ad Ro. j. vt idolatria
auaritia: inuidia: contentio: dolus: ſu=
ſurratio: detractio: contumelia: ſuper=
bia: elatio: inuentio malorum: inobe=
dientia. Nam qui talia agunt digni ſūt
morte. Item ad Gal. v. enumerat alia
dicens. Manifeſta ſunt opera carnis
que ſunt fornicatio: immundicia: im=
pudicitia: luxuria: auaricia: veneficia:
inimicitias: contentiones: emulatiōes
ire: diſſenſiones: ſecte: inuidie: homi=
cidia: ebrietates: comeſſationes. et ſe=
quitur. Qui talia agunt regnum dei
non conſequētur. Ad iſta autem redu=
cūtur omnia alia mortalia. Sed pecca
ta venialia enumerat Auguſt. xxv. di.

vt cum aliquis plus accipit in cibo vel potu ꝙ̃ ſit neceſſe. plus loquit̃ ꝙ̃ oportet. plus placet ꝙ̃ expedit quotiēs pauperem importune petentem exaſperat vl'ſi ſanus alijs ieiunantibus prandere voluit. Aut ſomno deditus tardius ad eccleſiam ſurgit: aut vxorē accepto deſiderio filiorum cognoſcit: quod tamen ſepe eſt mortale quotiens incarceratos tardiꝰ requiſierit vel īfirmos non viſitauerit. Si diſcordes non concordare curauit. Si plus filium vxorē vel ſeruum exaſperauit ſeu increpauerit aut correxit. Si fuerit plus blanditus. id eſt adulatꝰ alicui ꝙ̃ expedit. Si pauperibus eſurientibus nimis delicatum cibum preparauit. Si in eccleſia aut extra eccleſiam iocoſis vel fabuloſis vel ocioſis verbis inſtiterit. Si aliquid iurat incaute quod poſtea implere non poteſt. Uel cum ex facilitate vel temeritate maledicit. Hec omnia pro tanto diutius protraximus putantes multum eſſe vtile circa hoc ſacramentum penitentie cognoſcere particulariter et ad oculum illa ſine quorū cognitione non bene poteſt expediri illud ſacramentum.

## ¶ De ſacramēto extreme vnctionis.

Infirmat̃ quis ex vobis īducat preſbyteros eccleſie vt orent ſuper eum vngentes eum oleo in noīe dn̄i. Jac. v. ca. Quia vt dicit glo. de appel. c. qua fronte. homo propter peccatum citiꝰ mori preſumit̃ xj. q. iij. epiſcopi. et. xij. q. j. c. ij. ꝛ. xxiij. q. iiij. ea vindicta. Et gloſa ordinaria ſuper verbo thematis: dicit ꝙ multi ꝓpter peccata plectūtur morte corporis Hinc eſt ꝙ ſaluator prouidens de remedio contra peccata hominum ſanorum. vt de penitentia prouidere etiam eſt dignatus de remedijs cōtra peccata hominum infirmorum vt de extrema vnctione: per quam quidē peccata venalia dimittūtur: et etiā infirmitas corporis interdum alleuiatur. vnde ſequitur in themate. Et oratio fidei ſaluabit infirmum ꝛ alleuiabit eum dn̄s Glo. interlinearis. i. ſi cum contigerit mori ſic dimittētur. ꝛ bene hoc expreſſum eſt in apoſtolis: de quibus dicitur Mar. vj. ꝙ vngebant oleo multos īfirmos ꝛ ſanabantur: quod vtiqꝫ fit virtute huius ſacramenti et non alia ſimplici vnctione. Nam apoſtoli tunc vngentes conferebant hoc ſacramentum a chriſto eis preceptum. Uñ dicit lyra ſuper Mar. vbi ſupra. ꝙ ex eo ꝙ apoſtoli ſic vngebant patet ꝙ vnctio extrema que eſt infirmorum fuit inſtituta a chriſto: quod eſt contra multos dicentes ꝙ Jacobus apoſtolus in verbis ꝑmiſſis eam īſtituiſſet: qđ falſum eſt: cū nullus apoſtolus aliqđ ſacramentū īſtituere potuit ſed bn̄ publicare potuit inſtitutū. ꝛ hoc fecit iacobus in verbis premiſſis noſtri thematis dicens. Infirmatur quis ex vobis ꝛc. vnde dicit Tho. in. iiij. di. xxij. q. j. arg. iij. ꝙ oīa ſacramēta xp̄s inſtituit per ſe. ſed q̄ ſunt difficiliora ad credendum illa ꝑ ſe promulgauit: alia aūt ſeruauit aplīs ꝓmulganda ſicut extremam vnctionē et confirmationē. Uñ per iſta ṽba thematis nr̄i a iacobo fuit iſtđ ſacramētū ꝓmulgatū ꝛ nō īſtitutū. Diffinit̃ āt extrema vnctio ſic ſm̄ Scotū vbi ſupra eſt vnctio īfirmi hoīs facta ī ꝑtibus determinatis corporis cū oleo conſecrato ab ep̄o miniſtrata a ſacerdote certa verba cū intentione debita proferente ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans curationem venalium. Ex qua diffinitione ſatis patet euidenter a quo debeat iſtđ ſacramētū cōferri: ex qua materia

et ſub qua forma de quibus per ordi-
nem eſt vidēdum. Et primo ſciēdum
eſt ꝙ materia hui⁹ ſacramenti eſt oleū
oliue ab epiſcopo conſecratū: ⁊ non eſt
oleum balſami ſicut in confirmatione
Cui⁹ ratio eſt: quia qui habet exire de
via non oportet ꝙ habeat odorem bo-
ne fame que per balſamum deſignat:
ſed ſufficit ipſum habere bonam con-
ſciētiam. Nec poteſt aliquis hoc ſacra
mētū conferre niſi ſacerdos. Et ſi ali⁹
confert nichil facit. Unde in diffinitio
ne dicitur a ſacerdote miniſtrata. Se-
cundo ſciēdum eſt de forma huius ſa-
cramēti que eſt ſeptuplex ad ſeptē vn-
ctiones principales. Circa quod ſcien
dum ꝙ in quibuſdam eccleſijs dicitur
iſta forma in collatiōe huius ſacramē
ti. Ungo oculos tuos oleo ſacrificato.
In nomine patris ⁊ fi. ⁊ ſ. ſ. Similiter
vngo nares ⁊c. ⁊ conſequent labia ma
nus ⁊ pedes. Sed i rei veritate iſta ver
ba nō ſunt vera forma huius ſacramē
ti: ſed bñ ſunt diſpoſitio ad formā. For
ma autē huius ſacramēti vera eſt hec
Per iſtam ſacram vnctionē ⁊ ꝑ iſtam
ſacratiſſimam bñdictionem idulgeat
tibi dñs quicquid deliquiſti per viſum
ſimiliter reſumēdo ſuper aures. nares
labia. manus ⁊ pedes. Licet autem in
hoc ſacramēto fiant multe vnctiones.
vltima tamē vnctio. ſcʒ in pedibus eſt
forma reſpectu omnium ꝓcedentium
et agit in virtute omniū. Et ideo in vl-
tima gratia infunditur que effectū ſa-
cramēti prebet. Uñ ſcdm Tho. in. iiij.
diſt. xxiij. Si iam alique partes eſſent
inuncte ⁊ preſbyter deficeret ſicut con
tingit in peſtilētia. quod factum eſt nō
dʒ iterari: ſed vnctiones que reſtāt per
aliū ſacerdotem debēt compleri. Sint
ergo preſbyteri cauti vt de cetero corri
gant libros ſuos et agēdas. in quibus
communiter habent formam ſacramē
ti huius per illa verba. Ungo oculos
tuos vel nares tuas ⁊c. Iſtud eni ſacra
mentum confertur per modum ſuffra
gij ſcdm Tho. ⁊ ideo datur per ſolam
orationē ⁊ ꝑ verba optatiui modi. Uñ
dixit Jacobus in verbis thematis. In
ducant preſbyteros vt orēt pro eo. illa
vero verba. Ungo oculos tuos. ⁊c. nō
ſunt de ſubſtātia ſacri ſed de bene eſſe
ſcdm Pe. de tharan. di. xviij. ⁊ Tho. i
iiij. q. iiij. arg. ij. Quibus autem confe-
rendum ſit hoc ſacramentum. Reſpō
deo ꝙ ſolum eſt dādum infirmis ⁊ nū
quam ſanis. nichil enim efficit in eis.
Et hoc patet ex diffinitione prius da-
ta in qua dicitur ꝙ hoc ſacramentum
eſt īfirmi hominis. Nec debet dari in
firmis iſtud ſacramentum ex periculo
exterioris violentie puta armorum vl
ſubmerſionis ſecūdum doctorem ſub
tilem in. iiij. diſt. xxiij. Et ex hoc ſoluo
vnum dubium de quo cum audierem
ſententiarum libros dubitabatur a le-
ctoribus et a formatis baccalarijs ſa-
cre theologie an valeat vulneratis vel
ſubmergēdis hoc ſacramentum. Pa-
tet enim ꝙ non dico eniʒ probabiliter
ꝙ ſi quis eſt vulneratus ⁊ ex vulneri-
bus inflictis incidit in īfirmitatem lō-
gam ex qua deſperatur de vita ſua: pu
to ꝙ ei ſit dandum ſed alias recenter
vulnerato iam decedenti non eſt dan-
dum. Similiter ſuſpendendo vel ſub-
mergendo nō eſt dandum. quia illi nō
dicuntur infirmi: nec moriuntur ex de
fectu nature: ſed ex euentu fortune ſe-
cundum Petrum. Item non debet da
ri pueris furioſis et amentibus q̄ pri⁹
non petierunt hoc ſacramentum. Si
quis tamē ſenio deficeret ſubito in ar-
ticulo mortis poteſt ei dari hoc ſacra-
mentū. Sed tamē adultis vſum ratio
nis habentibus non datur niſi petant
ſpecialiter: ſed tamē qui in vita ſua ba-

buit bonū ꝓpoſitū oīa ſacramēta ſuſcipiēdi ſibi neceſſaria vel vtilia: etiaꝫ ſi amitteret loquelā vngatur in nomīe xp̄i. Nō debet etiā quis inungi ſepius in eadē infirmitate niſi eadē infirmitas vltra annū ꝓtrahatur. ita ꝙ vno anno in eadeꝫ infirmitate nullus bis inūgatur. ne ſacramentum iſtud vileſcat. Iteratur tn̄ hoc ſacramentū in diuerſis infirmitatibus vel in eādem recidiua: q̄a nō habet effectū perpetuū. eo ꝙ ſanitas corporis ⁊ mētis que ſūt eius effectus reiterari poſſunt. ⁊ amicti ⁊ recuperari. Debet aūt fieri vnctio ſuꝑ organis quinq; ſenſuum que ſunt quaſi prime radices peccādi. Unde oculi vnguntur ꝓpter viſum quo peccamus. Aures ꝓpter auditū. Nares propter odoratū. Labia propter guſtum. Manus ꝓpter tactū. Pedes vō propter vim motiuā. qđ nō eſt de neceſſitate. Cor aūt nō vngatur. quia eſt principiū immediatū vite ⁊ remotū actionis: nec genitalia propter immūdiciaꝫ ⁊ reuerentiā ſacramēti. nec lingua propter abhominationē. Item ſm Tho. mutilati inungi debēt quanto propinquius poſſunt circa partes que inūgi debuerant. quia q̄uis nō habēt membra tn̄ habēt potētias que illis membris debenᷓ ſaltem in radice. ⁊ ideo interius peccare poſſunt per ea que ad eos pertinēt. Et effectus extreme vnctionis ſm Tho. eſt quedā ſanatio ſpiritualis que datur cōtra quādam debilitatē vel ineptitudinē que in nobis relinquitur ex peccato actuali vel originali. contra quā debilitatē homo roboratur per hoc ſacramentum. Et quia hoc robur ſeu fortitudo gratiam facit ſecum nō compatitur peccatum. ideo ex conſequenti ſi inuenit peccatum aliquod veniale vel mortale oblituꝫ quo ad culpam tollit: dummodo non ponatur ob ex parte recipiētis. Secūdarius aūt effectus eius eſt corporalis ſanitas. Sed diceres quare non ſemper homo infirmus vnctus ſurgit de infirmitate ſed ſepius moritur? Reſpōdeo ꝙ cū in iſto ſacramento ſanitas eſt effectus ſecūdarius et ideo non datur niſi ſecundū ꝙ expedit ad ſanitatē ſpūalē: quia tunc ſemper eā inducit dūmō nō ſit impedimentum ex parte recipiētis Unde patet ꝙ vnctus in extremis ſi non ſurgit ab infirmitate illa per illam vnctionē ſignū eſt ꝙ ſanitas corporalis eſt ſibi nociua: ⁊ vult deus potiꝰ eū ſic habere infirmum q̄ȝ ſanum. vel ſignum eſt ꝙ infirmus non bn̄ diſpoſitꝰ eſt ī conſcia. ita ꝙ adhuc aliquid hꝫ qđ impedit ne ſanitas corpalis ſibi reſtituatur. alias raro fallit. In hoc enim ſacramēto vnctio exterior eſt ſacramētū ſed res ſacramenti eſt ſanitas corꝑis ⁊ aīe. res aūt et ſacr̄m eſt vnctio ſpūalis interior. i. mētis iocūditas vel ſolaciū. Pōt aūt hoc ſacr̄m ſacerdos conferre cū vno clerico q̄ ſibi reſpondeat ad orōnes ⁊ ad pſalmos qui ibi dicuntur. Si tn̄ caret clerico pōt ſolus expedire totū ſcđm guilhelmū ⁊ Hoſti. Si aūt vngitur ſacerdos nō eſt opꝰ clerico q̄ rn̄deat ad pſalmos ⁊ ad orationes. ſed ipſemet reſpōdeat ſolus dicens cum dicitur in letania. Sancta maria. ora pro me. Sācte petre. ora pro me ⁊c. Similiter cum dicitur. A morte perpetua: reſpondeat libera nos domine. Nec vngantur ſacerdoti manus in palmis iterioribus: quia ibi vncte ſunt per epiſcopum ī ordinibus: ſed exterius vnganᷓ in ſuperficie. De hoc tamen non eſt magna vis qualitercunq; faciat ſed tamen illud ſecurius eſt ⁊ tutius. Practica huius ſacramenti eſt facilis. Nam premittit ſacerdos primo veniens in domum infirmi ſeptem pſalmos penitētiales cum

letania. Demum querat ab infirmo ſi poſtulat ſacram vnctionem. Tertio dicit orationes poſitas in libello ad hoc cōgruas. Quarto vngit cum forma ſupradicta. Quinto tergit cum ſtupa canapi. vel lini loca vncta ⁊ proijcit ī ignē Sexto lauat man⁹ ſale ⁊ aqua: ⁊ ſimiliter proijcit ad ignem. Septimo alligat loca illa mundo panniculo vſq; ad tertiam diem que tertia die comburentur. Octauo relinquit ſignum paſſiōis chriſti: in cuius virtute iſtud ſacramētum ſicut ⁊ alia habet virtutem ſanatiuam anime ⁊ corporis.

## De ſacramento ordinis.

Regale ſacerdotium: gēs ſācta populus acquiſitionis. j. pe. ij. Et ſi chriſtus deſcēdens de celo ad terras humanū genus nō ſolum a ſeruitute diabolica redemit et libertati ac dignitati reſtituit. iuxta illud. Nō ſumus eni filij ācille ſed libere qua libertate liberauit nos xp̄s. ad Gal. iiij. ⁊ Joh. viij. Si filius vos liberauit vere liberi eritis: multo tamen meliori modo ſtatum ſacerdotalē in illa libertate extulit et dignificauit: ita vt non ſolum ipſi ſacerdotes ſint liberi modo communi vt ceteri hoīes in cōmunione vnius fidei ⁊ participatione ſacramentorum: ſ; etiā ꝙ ſint quaſi duces preſides ⁊ reges diſpenſatores et rectores diuinorum myſteriorū vnde dicuntur ſacerdotes quaſi ſacri duces: vel ſacra dātes: vel ſacramēta ſacrificātes ſeu cōſecrātes quod vtiq; maximū eſt ⁊ excedēs cōmunem ſtatū fidelium. Unde merito Petrus neſciēs eos comparare alijs ꝙ̄ excellētiſſimis perſonis in congregatione fideliū. ſ. rigibus dicit. Regale ſacerdotiū. Ne ergo ſacerdotes putarētur eſſe tantū nobiliores vt reges additur gēs ſancta. ſ. ſpecialiter ſāctificata dn̄o ieſu chriſto: ⁊ ne leuis reputationis in ſctītate eſtimarent̄ vt ceteri ſubiunxit: populus acquiſitiōis. id eſt ſpecialiter acquiſitus ⁊ deo appropriatus. Non eni ſacerdotes ſolum ſunt populus dei: et oues paſcue eius iure creatiōis: vt omnes hoīs nec redemptiōis ſolū: vt oēs chriſtiani: ſed iure ſpecialiſſimo ⁊ peculiari quo vocauit eos vt virtutes eius nuncient. vt dr̄. j. pe. ij. Quibus non ſupra hoīs ſolum: ſ; ſuper ſeipſū quodāmodo dedit poteſtatē: dando videlicet eis poteſtatē conſecrādi et conficiendi corpus ſuum ⁊ ſāguinē. vt dr̄ Mathei xxvj. Circa igitur ſacramentū ordinis ſacerdotalis videndū eſt primo de ſubſtantialibus. Secundo de accidētalib⁹ Tertio de cautelis. Quantum ad primū ſciendum ꝙ ordo ſic diffinitur per magiſtrū ſentētiarū. li. iiij. di. xxiiij. eſt ſignaculum quoddā eccleſie per quod ſp̄ualis poteſtas traditur ordiato. Ita etiam diffinit Hugo de ſancto victore. Ordo autem ſacerdotalis ſcd̄m doctorem ſic diffinitur in ſpecie. Ordo eſt inſtitutio in gradu eccleſie ſimplicit̄ preeminente diſponēs habentē ad ꝯficiēdū eucharíſtie ſacramētū facta ab epiſcopo ꝑ certa verba cum intētione debita proferēte. Et in ipſa ordinatione quoddā eſt ſacramentū tm̄ vt poteſtas que traditur quoddaz res tm̄: vt gr̄a ꝙ̄ confert̄: quoddā res et ſacramentū: vt caracter qui imprimit̄ in ſingulis ordinibus vt ſtatim patebit Sūt aūt ſex de ſubſtantia huius ſacramenti. Primū eſt ptās ordinātis: q̄ oportet vt ſit ep̄s Secūdum eſt materia. ſc; vnctio in ſacerdotibus: ⁊ tactus illorū ꝙ̄ ſunt tāgēda. Tertiū eſt forma verborum. Quartum eſt ſexus virilis: quia femina ordinari non pōt: nec recipit caracterē ordinis ſi millesies ordinaret̄ Cuius rō eſt

ſcđm Tho. q cum i ſacerdotio debeat ſignificari eminētia gradus: et femina tenet ſtatum ſubiectionis: ideo non eſt apta ad ſuſcipiendū hoc ſacramētum. Quintū eſt itentio debita: vt epiſcop⁹ intendat conferre: ⁊ clericus ſuſcipere. Sextum eſt: ꝙ ordinandus ſit pri⁹ baptizatus alias nō ſuſciperet hoc sacr̄m q fundamentū omniū ſacramentorū et ianua eſt baptizatus. Ubi aūt fūdamentū deeſt nichil deſup edificari pōt de pſbytero nō baptizato. c. miſerante. et. c. veniēs. Caracter aūt cōfirmationis non preexigit de neceſſitate: ſed de cōgruo. Ulterius eſt ſciēdum ꝙ ſeptē ſunt ordines. Primus eſt oſtiariatus cuius eſt cuſtodire locū cōfectionis ſacramētorū ab imundis. ſ. īndefilib⁹ et excōmunicatis. Secūdus eſt lectorat⁹ cuius eſt legere prophetias ad iſtruendū illos qui volūt credere. Et ideo ſm Thomā prophetie quaſi prima rudimenta eis legēda cōmittuntur. Terti⁹ eſt exorciſtarum quorū arctare demones per adiurationē ne vexentur in corpore nondū baptizato. Quartus eſt acolitorum: quorum eſt preſentare materiam: vrceolum cum aqua et vino: et lumē accēdere. Alij vero enumerant adhuc alios duos ordines. ſcʒ pſalmiſtarum ⁊ cantorum. que tñ ſcđm Tho. in iiij. di. xxiiij. q. iiij. ar. ij. nō ſūt ordines nec ſūt illa noīa ordinū ſed officiorum tñ iter ordines large acceptos computant. Et iſti vocātur minores ordines quos poſſunt abbates bn̄dicti cōferre incluſiue vſqꝫ ad lectoratū. vt. lxix. di. qm̄ videmus. vbi glo. dicit ꝙ poſſūt facere pſalmiſtam: oſtiarium ⁊ lectorem et hoc lꝫ abbati in ſuo monaſterio. Exorciſtā vero aut accolitū facere nō licet quia iſti duo per ſolum epiſcopū fiunt vt dr̄ ibidem in. c. nō oportet. Nec fuit ſentētia Hugonis ⁊ Laurētij quos ſequit archi. ibidem. Idem tenēt Raymundus ⁊ Goffredus in ſentētijs eorū. de ep̄o qui renūciauit ep̄atui: et pōt abbas taliter ordinare ſupradictos nō ſolum in quattuor temporib⁹: ſed etiā diebus dn̄icis: ſed tantum in ſuo monaſterio. alias alteri faceret preiudiciū Iſtā aūt habet poteſtatē abbas nō ſolum ex ordine: ſed ex poteſtate benedictionis. Unde licet abbas nō conſecratus manum imponere nō poteſt ordinato. vt in. c. qm̄ videmus. ⁊. c. nō oportet. ⁊. c. cum cōtingat. de eta. et qua. or. tamen manum bn̄dictionis poteſt imponere. de ſupplēda negligētia prelatorum. c. j. ſ. recipiēdo profeſſos. et ſic nō poteſt ordinē cōferre: niſi ſit bn̄dictus De hoc iam determinatum eſt de priuilegijs. c. abbates. li. vj. et de collationibus. ibidem. imo pſalmiſtā ⁊ cantorem poteſt ordinare ſimplex ſacerdos vt. xxiij. di. vbi dicitur. Pſalmiſta ⁊ cātor poſſunt abſqꝫ ſcientia epiſcopi ſola iuſſione preſbyteri officium ſuſcipere cantandi: dicente ſibi preſbytero: vide vt qđ ore cātes eo corde credas: et quod corde credis operib⁹ approbes. Laurentius etiam. xcij. di. nō licet. exponit hoc. c. cum dr̄ in eo officium cantandi ſuſcipere. j. ſuſcepti officij executionē. Quod etiam probat Hoſtiēſis in ſumma de ordinatis ab ep̄o q̄ renunciauit epiſcopatui circa pricipiū. Ray. vero ī ſūma eodem titulo notauit hoc intelligendū de ſacerdotibus curam habētibus q̄ ſoli hoc poſſunt: videtur tñ ꝙ cū nec alios ordines poſſet quis exequi ſine licētia ei⁹: ita nec aliqđ ſpecialitatis in pſalmiſta hic itroducat. Sed Inno. Berū. ⁊ Petrus de ſāprana dicūt hoc poſſe quēlibet ſacerdotem. Et hāc vltimam ſn̄iam approbat archi. in p̄dicto. ca. pſalmiſta. Utrū aūt iſigat caracter aīe p huiuſmodi ordinē dr̄ ibidē archi.

q nemo ſcit et ideo percutiēs talē nō incidit canonē. Quia vt dicit Uincentius hic ordo nō eſt de pricipalibus: nec dicitur ordo pprie ſed large et iſtam ſententiā tenēt theologi q dicūt pſalmiſtatū cātoriatū et epatū nō eſſe ordines. Credit tū archidiaconus vbi ſupra q percutiēs pſalmiſtā incidit canonē: nec ſuper eū ſeculare iudiciū poteſt habere ptātē: et dicit q ſi obmittat ordo iſte et conferatur lectoratus et accolitatus nō eſt repetēdus. Hoſtiēſis tamen in capitulo contingit de etate et qualitate ordi. dicit q ſit repetēdus. Hec de iſtis. Deinde ſequūtur ſacri ordines qui dicuntur maiores. Primus eſt ſubdiaconatus ad quem pertinet oblationes recipere ab offerentibus: et eas diacono offerre itē legere epiſtolam etc. Secūdus eſt diaconatus ad quē pertinet hoſtias ordinare in altari: ſimiliter legere euangelium. Tertius eſt preſbyteratus: ad quem pertinet cſecrare corpus xpi et ſāguinē: et hic eſt actus pricipalis: alius autē conſequens. ſcz ſoluere et ligare per quē actum preparat corpus xpi miſticum. ſcz fideles chriſtiani: vt ſint apti ad corpus xpi verum. De epatu aūt an ſit ordo eſt diuerſitas int theologos et iuriſtas. Nā theologi dicūt eū nō eſſe ordinem. Iuriſte vero cōmuniter tenent q ſit ordo de quo Jo. an. in nouella ſixti notat pulchre circa prohemium Et hoc idem tenet doctor ſubtilis. in. iiij. ſententiarum. di. xxiiij. arg. ij. Inquolibet aūt ordine caracter imprimitur cū eis per epm porrigit liber cū forma verborū: accolito cū dat candelabrū: ſubdiacono cū datur calix vacuus cum alijs vaſis quorū vſus eſt in confectione eucharistie. Diacono et preſbytero quādo epiſcopus iponit manum capiti: et hec ipoſitio cōfert plenitudinē grē. Tho. tū dicit di. xxiiij. q. v. ar. ij. q ſubdiacono imprimit caracter in datione calicis tm cuius actus principalis eſt circa vaſa tm: et non circa cōtenta in vaſis. Unde non poteſt tangere corpus xpi ſi neceſſitate magna. Sed actus diaconi nec eſt ſuper vaſa tantū nec ſuper contēta in vaſis: quia ille eſt ſacerdotis: ſed eſt ſuper corpus contentū in vaſe tm. Unde eius eſt diſpenſare corpus xpi in patena et ſanguinem i calice: ideo poteſtas eius ad actū non potuit exprimi per dationē vaſis tm nec materie tantū: ſed exprimit per actum in hoc q datur ſibi liber euangeliorū: et in hac datione imprimitur caracter ſcdm Tho. vbi ſupra dicēs q contactus iſte inſtrumentorū talium eſt de eſſentia ſacramēti: q dicitur accipe hoc aut illud. Impoſitio autē manus nō eſt de neceſſitate et ſubſtātia huius ſacramēti: vt de ſacramētis iterandis. c. vltimo Et licet iſti caracteres in eſſentia diſtigantur: tamē in fine vniuntur: quia ad vltimum caracterē preſbyteratus. ſm Pe. in. iiij. di. xxiiij. q. ij. ar. j. et Joh. pariſienſis. nō eſt credendum q caracter vnius ordinis preſupponat caracterē alterius ordinis. Nam vt dicit Tho. vbi ſupra i primitiua eccleſia aliqui ordinabantur ad preſbyteros qui tamē prius inferiores ordines non acceperunt et tamen poterant que inferiores ſed hodie ſtatuit eccleſia vt non ingerat ſe quis ad maiores qui prius i minoribus officijs ſe nō humiliauit: ideo hoc eſt de cōgruitate et nō de neceſſitate. Et nota ſcdm Tho. in. iiij. di. xxiiij. q. ij. ar. ij. q eps primo pparat ordinandos per tria. ſ. per benedictionē p quā diuinis officijs mancipantur: per manus impoſitionem: per quam dat plenitudo gratie per quam ad magna ſūt idonei et ſolis diaconis et preſbyteris fit manus impoſitio: tertio per vnctio-

nem ad aliquod ſacramentum tangen
dum quod fit ſolis ſacerdotibus qui ꝓ
prijs manib⁹ tangunt corpus xpi. Uñ
etiam calix et patena vnguntur.

## ¶ De accidentibus huius ſa cramenti.

Eſt aũt ſciendũ ꝙ illa dicũ
tur accidentalia ſacramẽti
que requiruntur de cõgrui
tate ꝛ non de neceſſitate ſa
cramẽti. Congruũ eſt ergo primum vt
nõ ordinet quis ad ſacros ordines niſi
habeat etatẽ legitimã. Etas aũt ꝑ ſub
diacono eſt. xx. annorũ. pro preſbytero
xxv. ꝛ ponitur in clemẽ. de etate ꝛ qua
litate. preficiẽdorum. c. generalẽ. Et vt
notat Jo. and. in. c. ꝛ tui. de ꝑbendis. li.
vj. in glo. iiij. Nõ eſt opus ſeruare inter
ſtitia longa temporũ ordinib⁹ ſuſcipiẽ
dis ſicut pri⁹. vñ habẽs etatẽ legitimã
laicus in carniſpriuio põt cãtare miſſã
in ſacerdotio ꝯſtitutus in feſto paſche
Si tñ quis in minori etate recipit hoc
ſacramẽtũ: tenet ſed peccat ꝛ dꝫ ſuſpen
di ab executiõe ipſi⁹. ꝛ ordinator a col
latione ordinũ. et cũ hoc põt cõpelli vt
ſibi ꝓuideat de aliquo beneficio: vt de
tempo. ordi. ca. vel nõ eſt. Hoc enim ꝙ
quis in ꝑfectis annis diſcretionis reci
piat ſacramẽtum ordinis: lꝫ ſm̃ Tho.
ſit ꝓpter honeſtatẽ ſacramenti inſtitu
tum: ita vt iam ſit neceſſitate precepti:
non tamẽ ex neceſſitate ſacramẽti. Un
de ſi ordo ſacer cõfertur puero carenti
vſu rationis tenet quantum ex vi ſacra
menti. Dicit tamen Tho. ꝙ in illis ſa
cramentis vbi actus ſuſcipiẽtis requi
ritur: ibi vſus ratiõis eſt de neceſſitate
ſacramenti ſicut in penitentia ꝛ matri
monio. Sed in quibus actus ſuſcipiẽ
tis non requiritur vſus etiam ratiõis
non eſt de neceſſitate ſacramenti ſicut
eſt in ordine ſacro vbi ſolũ ſpiritualis
poteſtas dat: ꝛ ideo vſus rationis non
requiritur. Sciẽdum ꝙ licet laic⁹ igna
rus nichil ſciẽs de littera ordinem poſ
ſet ſacrum ſuſcipere quantum eſt ex vi
ſacramenti. peccat tamen grauiter eps
conferens tali ordinem ſacrum. Nã di
cit Tho. ꝙ tenetur ordinãdus ſcire qd̃
pertinet ad eius officium ſecundũ ma
gis ꝛ minus. Unde ſacerdos religioſ⁹
ex quo recipit poteſtatem tãtum ſuper
corpus chriſti verum conſecrãdi. ideo
ſufficit ꝙ ſolum ſciat illa que requirun
tur ad conſecrationẽ corporis chriſti.
Curatus autem vt plebanus tenetur
plus ſcire: qꝛ promouetur ſuper corp⁹
chriſti myſticum quod eſt eccleſia. Un
de debet ſcire ea que ſpectant ad popu
lum. Ad epiſcopum vero pertinet ſcire
etiã difficiles queſtiones ſacre ſcriptu
re. Quod ergo dr̃ ꝙ de ſubſtantia ſacri
ordinis ſũt eloq̃a diuina. vt dr̃. xxxviij.
diſt. oẽs pſallantes. exponẽdum eſt nõ
de ſubſtantia ordinis ſed de ſubſtantia
executionis qꝛ. ſcꝫ talis exequi non põt
ſacrũ ordinẽ niſi ſciat illud quod ad il
lũ ordinẽ ſpectat exequẽdum. Itẽ licet
ſex tempora anni ſunt deputata ad cõ
ferẽdũ ordines: tamẽ hoc nõ eſt de ſub
ſtãtia ſcdm̃ Ray. et hoc expreſſũ eſt de
tẽpo. or. ſane. Congruũ tamẽ valde eſt
vt nõ alijs niſi predictis ſex tẽporibus
cõferant. ſ. quattuor tẽporib⁹ ſingulis
ſabbato ſitientes ꝛ ſabbato paſche: vt
dr̃ di. lxxv. c. vl. Põt tñ eps ꝯferre mi
nores ordines dieb⁹ dñicis ſed nõ mul
tis ne videat generalẽ ordinationẽ face
re: vt de tẽpo. or. de eo. Ideo aũt ſabba
to ꝯferunt ſacri ordines: quia ſabbatũ
ſignificat requiẽ per quod ſignificatur
ꝙ qui ordinatur ad ſacros ordines ir
reuocabiliter trãſit de labore in requiẽ:
puta de labore ſecularium negociorꝫ
ad requiẽ: ad vacandum ſpiritualib⁹:
vt dicit. lxxxviij. diſtinctio. Fornicari.

Poſſunt etiā conferri ordines ſacri in die dñico mane: ita tamen ꝙ ordinandus ⁊ ordinator continuent ieiunium precedētis ſabbati: quia tūc mane dñice diei trahitur ad ſabbatū propter cōtinuationem ieiunij: ſed hoc nō faciat eps ſine neceſſitate vt ſi forte infirmaretur ſabbato poteſt differre in craſtinum. Et intellige de vno et eodē ordine nō de diuerſis. Nā nullus debet ſuſcipere duos ordines vel minorem et vnū ſacruȝ in eiſdē quattuor tēporibꝰ: Pena aūt ordinatorū extra dicta tempora eſt ſuſpenſio ab executione illius ordinis quē ſuſcepit vt de tēpo. or. c. ij. Poteſt tñ cum eis diſpenſari vt miniſtrent impoſita eis peniētia vt in. c. cōſultationi. idem. Ordinator vero debȝ priuari auctoritate ordinandi: vt ibidem patet.

## De cautelis hic ſeruandis.

Et primo caueat eps ne ordinet alienū clericū vel laicum: vt de tēpo. or. cū nullus li. vj. Qꝺ ſi fecerit per annum a collatione ordinū eſt ſuſpendendus. Et interim clerici ſui abſqꝫ licentia ſua a vicinis epis poſſunt ordinari: vt patet de tempo. or. li. vj. Clerici vo qui ſine proprij epi licentia ordinantur ab executione ordinū ſuſpendantur. tñ ephus poteſt cum eis diſpenſare. ix. q. ij. lugdunen̄. de tempo. or. ꝙ tranſlationē. Scḋo caueat epus ne ordinet aliquē ad ſacros ordines ſine titulo: alias ſolus ei prouidere tenebit de beneficio. Tertio caueat ne ordinet per ſymoniā: vt de ſymonia. per totū. nec ſolus eps: ſed etiā notarius nō debet formatas vendere de ſymonia. c. j. Quarto caueat ordinādus ne recipiat ordinem aliquem ab epo quem ſcit ſymoniace in ordine ſuſceptū: ſiue ſit occultuȝ ſiue manifeſtum: qa nō recipit executionem. ⁊ indiget diſpenſatione. j. q. j. quia ſymoniacis. Dicit tñ Tho. ſcḋa ſcḋe. q. viij. ꝙ ſi eſſet ſymoniacus alia ex cauſa poſſet ab eo recipere ordines dūmodo ſit occultū quia talis epiſcopus nō eſt ſuſpenſus ad alios ſȝ ad ſe tm̄. Quinto caueat ordinandus ne tēpore ordinationis ſit in peccato mortali. nā mortaliter peccaret. di. xl. multi. Et idē ſanctꝰ Tho. in. iiij. di. xxiiij. Nec talis poteſt vti ordine ſic ſuſcepto ſm ipm quia facit cōtra preceptum illud. Deutero. xvj. Iuſte qꝺ iuſtum eſt exequaris. Vñ talis quotiēs talē actū exercet ſemper peccat mortaliter. Dicit tamen Tho. ibidem ꝙ ſubditꝰ huiuſmodi ordinati in pctō mortali tenetur ab eo recipere ſacramentū ſi eſt occultum: ⁊ hoc quādiu tolleratur ab eccleſia. Tamen dicit idem. Nō eſt tutū talem ad aliquē actum ſui ordinis exequendū inducere durāte conſciētia ꝙ iſte ſit in peccato mortali: quā tñ deponere poſſet: qa in inſtanti hō poſſet a diuina gratia emēdari. Sexto caueat clericus ne ordinetur ſine examine alr̄s dicit̄ furtiue ordinatus ſm Hoſtien. vt. lxiiij. di. extra conſcientiā. nec proſunt ei formatorie. ſi tñ eſt dignus ⁊ notus nihil obeſt: quia tales nō ſunt examinādi. Archid. xxiiij. di. c. nullus Sed ſi eſt indignus deponi debet. de corpore viciatis. Expoſuiſti. Si etiaȝ ſit ignotus ꝗuis dignus deponi debȝ xxiiij. di. c. vlti. ⁊ multo fortius ſi eſt indignus. l. di. ex penitētibus. Debet etiam confiteri publice epo ſuo crimina ſeu notoria impedimēta iuris vl' facti. vt ibidē dr̄. Si aūt ſubticet talia etiam poſt penitentiā impediūt executionē. Nec etiā ſuſcipiat aliquē ordinē ſuperiorem obmiſſo inferiori: quia hoc eſt per ſaltū promoueri. Et talis debȝ de

poni:ſi hoc faceret ex malicia: ſecus ſi
ex ignorãtia vel negligentia. di. xlviij. ſi
cut oli. Ex diſpenſatione tamen epiſco
pi ad obmiſſum ordinem poteſt ꝓmo-
ueri. ſed in ſuſcepto prius nõ miniſtra-
bit. Datur autẽ gratia gratum faciens
in hoc ſacramẽto que neceſſaria eſt nõ
ſolum ad digne ſuſcipiẽdum ſacramẽ-
tum: ſed etiam ad digne miniſtrãdum
ſecundum Thomã. et Petrum. i. iiij.
di. xxiiij.

## ¶ De ſacramẽto matrimonij.

PRopter fornicationem ha
beat quiſqꝫ vxorem ſuam.
j. ad Chori. vij. ⁊ xxij. q. ij.
ca. his ita. Licet matrimo-
niũ in ſtatu innocentie ſit inſtitutum i
officium nature. hoc eſt in propagatio
nẽ ⁊ multiplicationẽ ꝓlis ad dei cultũ:
quia tñ natura lapſa viciata eſt ex origi
nali pctõ. adeo vt falcẽ propriã in meſſẽ
nõ vereatur mittere alienã. querẽs idif
ferenter quãcũqꝫ feiam cum qua forni
cationis expleat peccatũ. Ideo magnꝰ
doctor gentium predicator ⁊ rector pro
uidens de remedio dicit: vt propter for
nicationẽ euitandã vnuſquiſqꝫ habeat
vxorem ſuam per quod damnat pecca
tum fornicationis ⁊ commendat ſtatũ
matrimonij coniugal'. In quibus ver-
bis primo apoſtolus ſuadet vitare for
nicationem. ibi propter fornicationem
ſcdõ cõſulit remedij adhibitionẽ: quia
habeat vxorem ſuam. Per primũ dã-
natur error illorum qui dicunt ſimpli-
cem fornicationem non eſſe peccatum
allegantes ſanctos patres. ſcꝫ Abrahã
Jacob Dauid ⁊ alios qui habebãt con
cubinas: nec tamen illa fornicatio im-
putata eſt ad peccatũ. Quibus reſpon
det ſcdm Tho. in. iiij. ſniarũ di. xxxiij.
q. iiij. quia q̃libet fornicatio extra ma-
trimoniũ que tollit debitam ordinatio
nem parentis ad prolem quam natu-
ra ex concubitu intendit eſt peccatum
ideo ſecũdum ipſũ ſine dubio ſimplex
fornicatio eſt peccatum mortale etiam
ſi lex ſcripta nõ eſſet. quod eſt multum
notabile. Ubicũqꝫ autem legimus ali-
quos patres habuiſſe concubinas il-
lud fuit pro ſpeciali diſpenſatione ſpi-
ritusſancti. ⁊ ad deſignandum aliquid
Hoc enim ꝙ filij Jacob ex liberis ⁊ an
cillis fuerunt heredes deſignat ꝙ chri
ſto in baptiſmo naſcuntur filij ⁊ here-
des bonos et malos miſtros. Sic etiã
alia omnia in predictis patribꝰ ad my
ſterium ꝑtinent. vt habetur latiꝰ. xxxij
q. iij. c. j. ij. ⁊ iij. De quo cui placet ſuffi
cienter iformari videat notata mea ſu
per. vj. precepto. ſcꝫ non mechaberis.
Per ſcdm damnat bigamia cum dici-
tur habeat vxorem ſuam. ſi ſic vnam
tantũ nõ plures ſimul. Unde ſaluator
repetens illud. Geneſ. ij. Erũt duo in
carne vna. Math. xix. dicit. Itaqꝫ iam
non ſunt duo: ſed vna caro.

## ¶ De ſponſalibus hic prius agitur.

CIrca iſtud ſacramentũ pri
mo videndum eſt de ſubſtã
tialibus. ſecundo de accidẽ
talibus. tertio de cautelis.
Quantum ad primũ ſciendũ ꝙ quedã
ſunt accidentalia matrimonij. ſcꝫ ſpõ-
ſalia. ⁊ ideo de ipſis primo videndum
eſt. ſecũdo quid ſit matrimoniũ. tertio
que requirũtur ad matrimoniũ: quar-
to que impedunt ipſum Quantum ad
primũ ſponſalia ſcdm Franciſcum de
ſarabellis ſuper rubrica de ſponſalibꝰ
ſic diffiniuntur ſunt futurarũ nuptia-
rũ ſeu matrimonij promiſſio. Et diffi-
nitio illa trahitur ex canone. xxx. q. v.
noſtrates. Dicũtur a ſpõdeo. des. qr vt
dit Caſpar de caldarijs. ꝙ oli ſponſꝰ et

ſpõſa mittebāt cauciones quibus ſpō
debant ſe in iura matrimonij conſenti
re: ⁊ fideiuſſores dabāt quib⁹ id ſe ob-
ſeruaturos obligabāt. Quādoq3 etiaz
ſponſalia dicũtur matrimoniũ: ſed tũc
debent intelligi ſi ſunt ſpõſalia de pre-
ſenti. Et fiunt ſponſalia quatuor mo-
dis. Primo nuda promiſſione. vt cuz
dicitur: promitto te ducere in vxorem.
Secũdo datis arris ſponſalicijs: vt pe
cunie vel alteri⁹ rei. Tertio annuli ſub
arratione. Quarto interueniente iura-
mento: vt cuz alter alteri iurat dicens.
Juro ꝙ te in vxorē ducere volo. Quo-
modocũq3 ergo quis iſtorũ quattuor
modorum promittit ducere aliquā: et
poſtea nō curat peccat mortaliter: niſi
legitimum impedimentũ interueniat.
Sciendũ tñ ꝙ ſi ſponſi ſibi inuicē di-
ſplicent ⁊ diſſentiunt ſi ſponſalia nõ fu
erint iurata poſſunt ſe mutuo abſolue
re. Unde notāt doctores in. c. preterea
de ſponſalibus. vbi inter ceteros Jaco
bus de alberga notat ꝙ quādo eccleſia
videt ꝙ ſponſi ſibi inuicem diſplicent
debet diſſimulare: id eſt nō debet coge-
re ſponſum ⁊ ſponſam ad perficiendũ
matrimoniũ propter maluz qđ poſſet
inde ꝓuentre. ſ. vxoricidiũ vel mutua
adulteria contrahentiũ. Et hoc placet
Caſpar. Si autē tm̄ alter diſſentit di-
cit Goffredus ꝙ ex quo alter diſſentit
diſſentiens preciſe cõpellitur donec in
eodē ſtatu permanet: ſed ſi cũ alio con
traxerit per verba de preſenti ceſſabit
coactio. Idem vult Innocē. ti. de ſpon
ſalibus. An autē ſponſalia iurata poſ-
ſunt mutuo partium diſſenſu diſſolui:
lȝ antiq doctores dubitēt de hoc: mo-
derni vero expedierũt iſtũ caſũ. Unde
Vincētius in capitulo preterea de ſpõ
ſalibus. ponit diſtinguendo an iura-
mentum dirigatur in deum an in ho-
minem. Primo caſu nullus poteſt ab
ſoluere: niſi deus. Secundo caſu ho-
mo cui iuratur poteſt abſoluere. Tũc
autem dirigitur in deum ſecundũ Jo.
andree quando is qui iurat magis in-
tendit placere deo ꝙ̄ hominibus ſiue
ſit in faciendo aliquid meritorium ſi-
ue in abſtinendo ab aliquo illicito. Ex-
emplum primi iuraui abbati intrare
monaſterium: hoc enim tantum deuz
concernit non abbatem. Unde abbas
non poteſt me abſoluere a iuramento.
Similiter iuraui non occidere homi-
nem ⁊c. Ad hominem autem tunc di-
rigitur: ſi iuraui tibi ſcribere libruz ab
hoc enim tu potes me abſoluere: quia
te ſolum cõcernit hoc opus. Licet eñ
omne iuramentum concernat deũ pri
cipaliter quia per religionem promit-
titur: tamen quia concernit commodũ
eius cui iuratur poteſt ab eo dimitti.
de iureiurando. c. j. Item etiam tenet
Caſpar dicens. ꝙ ſponſalia etiam iu-
rata mutuo diſſenſu tollũtur: quia ſub
lata obligatione ſublatum eſt iuramē
tum: ſicut dicitur de ſtatuto et iurato:
⁊ notatur de prebendis. dilecto. Facit
ad hoc regula. quod fauore. lib. vj. Et
notatur. xxxj. q. iij. c. j. in gloſa penulti-
ma. vbi dicitur ꝙ parentes ſicut poſ-
ſunt frāgere ſponſalia filiorũ: ſic et iu-
ramenta remittere. Concludo ergo et
dico ſm̄ Franciſcum de Sarabellis.
ꝙ ſi aliquis iurat ſponſe eius intuitu
poteſt ſponſa ipſum abſoluere: ſecus
ſi intuitu dei ſeu ob pietatem: vt cum
ſponſus eſſet diues ⁊ ſponſa pauperri
ma. Tamen dicit Franciſcus ꝙ etiaz
in hoc caſu poteſt eum ſponſa abſolue
re: quia licet iurauit intuitu dei. tamen
ex quo cõmodum concernit ſponſam
ipſa poteſt remittere predicta: ⁊ ſic ge-
neraliter obſeruatur. Nam eccleſia ſe
non intromittit de ſponſalibus de fu-
turo. nec ad inſtantiā alterius partis.

Ambobus ergo diſſentientibus etiaꝫ ſi iuraſſent mutuo ſe poſſunt abſoluere. Et nota ꝙ etas ſeu tẽpus cõtrahendi ſponſalia vtrobiqꝫ eſt ſeptennium. Unde ſponſatio que fit in quinqꝫ vel in ſex annis nulla eſt: vt de ſponſatione impuberum. litteras. Nã ex talibus ſpõſalibus inducitur publice honeſtatis iuſticia. Eſt aũt publica honeſtas ſḿ Franciſcũ in. c. iuuenis. de ſponſalibus impedimentuꝫ quod nec ex conſanguinitate: nec ex affinitatate procedit. ſed ex quadã honeſtate que in matrimonijs conſiderãda eſt: vt ille qui prius cõtraxit ſponſalia cum aliqua: ipſa mortua nõ ducat aliã conſanguineã ipſius infra quartũ gradũ. vt i c. ad audientiã vt de ſpõſalibus. c. j. li. vj. Ratio aũt huius cõſtitutionis eſt quia experiẽtia docuit graues rixas ⁊ inimicicias inter cõſanguineos oriri: quando vni deſponſatã aliquis de cõſanguinitate ſponſi procurat habere. Similiť qñ quis cõſanguineam ſpõſe ſue ipſa mortua cũ qua nõdum perfecerat matrimoniũ vult ducere non eſt honeſtum. cũ per hoc quaſi duo cõſanguinei videtur vni mulieri copulari. qđ honeſtas prohibet. Verũtamẽ ius cõmune eſt ꝙ ſi quis deſponſat puellam ante ſepteꝫ annos ſi interim ipſe moritur poteſt eam frater ſuus ducere. Similiter ſi moreretur illa puella ante ſeptimum annum vir duceret eiꝰ ſororẽ aut matrem Et hoc totũ habes de deſponſatione impuberũ. litteras. Sunt autem octo caſus in quibus ſoluuntur ſpõſalia. Primus ſi alter ſpõſorum poſt deſponſationem tranſeat ad religionem: quod etiam poteſt facere contracto matrimonio ante copulam carnalem: tunc enim mulier poteſt alteri nubere quaſi poſt mortem viri: quia religio eſt quedam mors ſḿ Thomam i. iiij. diſtin. xxvij. q. iij. Secundꝰ quando ſponſus ſe abſentat per longum tempus ſponſa cum alio poteſt contrahere. Tertius ſi alter eorũ incurrat lepram vel paraliſim. Quartus ſi ſuperuenerit affinitas vel quia ſponſus cognouit conſanguineam ſpõſe. Quintus ſi mutuo ſe abſoluũt Sextus ſi alter eorum fuerit medio tempore fornicatus quia tunc redditur alteri ſuſpectus de fide poſtea ſeruanda Septimus ſi ſponſus cum alia contrahit per verba de preſenti vel etiam de futuro cum copula carnali. Si tamen contrahit cum prima ſine iuramento cum ſecunda cum iuramento debet adherere prime: et penitere de periurio. Octauus quando quis impubes contraxit ſpõſalia et venit ad etatem adultam et petit abſolui a vinculo ſponſalium: et ſibi dari licentiam nubẽdi. In omnibus autem iſtis caſibus debent ſponſalia auctoritate eccleſie abſolui preterqꝫ in primo quinto et ſexto. in q̃bus ſoluuntur ipſo iure. Addit etiam nonum caſum. Hoſtiẽ. ſcilicet ſi fama eſt ꝙ inter eos eſt canonicum impedimentum.

## De diffinitione matrimonij.

Conſequenter de matrimonio ſciẽdum ꝙ ipꝫ ſic diffinitur. Matrimonium eſt viri et mulieris coniunctio indiuiduam conſuetudinem vite retinens. Iſta diffinitio traditur. xxvij. q. ij. ca. j. Per hoc qđ dicitur viri et mulieris excluditur vir cum viro vel mulier cum muliere. vel vnius viri cum multis mulieribꝰ: quia talis cõiunctio nõ cauſat matrimoniũ ſed pctm̃. Diciť etiam coniunctio. ſ. amoris ⁊ matrimonialis. Dicitur etiã indiuiduã vite conſuetudinẽ retinens qđ eſt tm̃ dicere ꝙ

neuter eorū abſqꝫ alterius conſēſu po-
teſt cōtinentiā profiteri vel orationi va
care: nec ſe alteri copulare: ſed ſibi inui
cē ſeruare fidem et debiti redditionem
mutuā. Similiter debēt eis mutuo de
neceſſitatibus prouidere et ſubuenire
inuicem. Et hoc intelligendū eſt totū
de matrimonio copula carnali cōſum-
mato. qꝛ non conſummatū tali copula
poteſt ſeparari per ingreſſū religionis
vt de ſponſalibus cōmiſſum. Intelligi
tur etiā hoc de matrimonio fidelium:
quia matrimoniū infidelium poteſt ſe
parari altero tranſeunte ad fidem. Ra
tio autē beati Tho. in. iiij. di. xxiiij. q. j.
Quare cōiunctio matrimonij eſt inſe
parabilis vſqꝫ ad mortem inter homies
et non iter alia animalia eſt hec. Quia
aliorum animaliū filij pñt ſibi victum
ſtatim habere vel ſaltem ad eorum ſu-
ſtentationem vnum ſufficit ſicut eſt de
vacca equa aſina et ſimilib⁹ et ideo ibi
non eſt certa ꝯiunctio certi maſculi ad
certā fēiam nec etiāꝫ neceſſaria diutur
na cōiunctio eo ꝙ feīa in eis ſufficit ad
educandum fetū ſine maſculo. In his
autē quorum filij idigent vtriuſqꝫ. ſ. tā
patris q̄ꝫ matris ſuſtētatione aliud eſt
Similiter vbi inueniť aliqua determi
natio q̄tū ad tempus ſuſtentationis ₇
educationis ſicut ī auibus. Unde paſ-
ſeres turtures et colūbe habent deter-
minatas feīas qꝛ habent educare pul-
los ₇ alter eorum non ſufficeret ad que
rendum victum cum ₇ ſe equaliter nu
trire debeāt. Non autē ſic eſt in homi-
nibus vbi filius indiget cura parentū
ad magnum tempus. Et ergo matri-
monialis coniunctio inter ſolos hoīes
dicitur idiuiſibilis ſcđm totam vitā al
terius cōiugis. Oportet enī filiū gene-
rari. educari. nutriri. ₇ doceri. ₇ ſibi de
neceſſarijs vite a parentib⁹ ꝓuideri eo
ꝙ iuxta apoſtolū opꝫ patres filijs the-
ſaurizare. ij. ad cho. in. xij. Iſta autē re-
quirunt magnum tempus. Et quo ad
hoc dicit Lyra ſuper Math. xix. ca. ꝙ
matrimoniū nō ſolum eſt de iure diui
no ſed etiā de iure naturali: quia natu
ra dictat ꝙ vir ₇ mulier cohabitent ſi-
mul per totā vitam ad educandū ₇ pro
mouendū prolem vſqꝫ ad perfectū ſta
tum virtutis. Dicitur aūt matrimoni
um potius q̄ꝫ patrimoniū: quia maxi-
ma onera ſunt in matre q̄ꝫ in viro. Et
dicitur a matre quaſi matris muniuꝫ
quia munitur a matre: ₇ dat mulieri-
bus eſſe matres. Et q̄a etiam finis pri
cipalis matrimonij eſt bonū prolis. in
cuius procuratione mater magis la-
borat. ₇ ideo ab ipſa denomiatur. Fuit
aūt matrimoniū inſtitutū a deo in ſta
tu innocentie. vt dicitur de voto. c. j. li.
vj. Et hoc ꝑ illa verba. Hoc nūc os ex
oſſibus meis que verba adam ſpiritu
ſancto illuſtratus dixit. Geñ. ij. in fi. et
xxvij. q. ij. lex diuina. Et per hoc repro
batur illa opinio que dicit ꝙ matrimo
niū ſit inſtitutū a deo illis verbis. Cre
ſcite et multiplicamini: qđ videtur in-
cōueniens cū etiam illa verba pri⁹ di-
xerat deus nō ſolum ad hoīes ſed etiā
ad beſtias. Geñ. j. Et quamuis matri
moniū etiā ſit inſtitutum tēpore moy
ſi. ₇ tēpore xpi: hoc fuit tñ diuerſis re-
ſpectibus. Nā vt dicit Tho. di. xxvj. ī
iiij. ſcđm ꝙ ordinatur ad generationem
prolis que erat neceſſaria etiam ante
peccatū inſtitutuꝫ eſt a deo in ſtatu in-
nocentie in hoc ꝙ deus formauit mu-
lierē in adiutoriū viri: ₇ hoc modo di-
citur in officium fuiſſe inſtitutū. Sed
quantū eſt in remediū peccati fuit in-
ſtitutū poſt pctm̄ tēpore legis nature.
Scđm aūt determinationē perſonarū
habuit inſtitutionē in lege moyſi: vbi
nō niſi de certis tribubus copulaban-
tur. Sed ſcđm ꝙ repreſentat coniunctio

nem xpi ꝛ ecclesie sic habuit institutio nē in lege noua. Et ꝑm hoc dr sacramētum noue legis. Et ex hoc habetur ꝙ due principales sunt cause institutionis matrimonij. s. educatio prolis ad cultum diuinum: ꝛ vitande fornicationis causa. Alie sunt multe cause minꝰ principalis. s. pulchritudo vxoris: diuitie: reformatio pacis. Et propter istas causas si etiā ducat̄ vxor seruatis verbis de p̄senti tenet matrimoniū. Sciēdum aūt ex quo vt dicit̄. vij. ethicoꝝ in actu carnali priuatur homo magno bono. s. vsu rationis: quia vt dicit philosophus. Talis actus furatur intellectū sapiētis. Et vt dicit Aug. xvj. li. de trini. ipsa voluptas carnalis q̄ maior in voluptatibus carnalibus nequit inueniri momēto ipso temporis quo ad eius p̄uenitur extremū: pene oīs acies ꝛ vis rōnis obruitur. Nullus aūt ꝑm rectā rationē debet se obligare ad aliqđ in quo tantū malū patit̄: nisi sit aliqđ bonū recompēsans istud damnuꝫ. Vñ a sanctis p̄ribus ponūtur excusātia illū actū tā dānosum. s. bonū fidei: prolis: ꝛ sacramēti. Fides hic sumpta est fidelitas siue iusticia ad actum ad quē obligat se. s. vt ille nō querat aliā: nec ecōuerso. Sil̄r bonum prolis obligat quo ad cultū diuinum. s. vt religiose. i. sancte ꝛ deuote educat̄. Bonū aūt sacramēti est illa īdissolubilitas inter virū ꝛ mulierē: ꝛ signat indissolubilitatē cōiunctionis xpi ꝛ eccl̄ie: ꝛ hoc est bonum intrinsecū matrimonij: q̄a p̄fectio prima est formalis. Prima autēz duo bona. s. fides et proles sunt bona extrinseca matrimonij. Ex his patet ꝙ ex quo vt dictum est sacramentū est bonū excusās istū actū videt̄ ꝙ actus iste matrimonialis nō solū est bonus: sed etiā sanctus: quā sanctitatē habet ex indiuisibilitate cōiunctōis: ꝑm quā significat cōiunctionē xpi ꝛ eccl̄ie. Ita etiā dicit Tho. in di. xxxj. in quarto. q. iiij. Ex q̇bus oībus infert̄ ꝑm Bonauē. ibidē. ij. p̄ncipali. q. ij. ꝙ q̇ coit causa fornicatiōis vitande in vxore. ne. s. vxor fornicet̄ sic reddēdo debitū nullo modo peccat: sed magis meretur: q̄a exercet opus iusticie hoc est fidei ad quam tenetur: ꝛ ideo oīs culpa excusatur. Si vo coit causa fornicatiōis vitande in seipso. s. ne ipse solus fornicet̄ i hoc peccat venialiter: ꝛ hoc si nō pulsatur a carne. Nam ex quo non potest procreare prolem: nec prop̄t eā procreanduꝫ coit nec cōpellitur ab vxore ad reddēdū debitū: aliqua sup̄fluitas est ibi: ꝛ ideo peccat: sed venialiter: imo dici potest ꝑm Pe. de tharan. in. iiij. di. xxx. q. iiij. principali. q. ij. ar. j. ꝙ q̄rens delectationem in cōiuge sistendo tm̄ intra fines matrimonij. s. quādo cū altera muliere id nō faceret veniale est peccatū: licet etiā fiat causa explende libidinis. Sed si querat delectationē in ea nō vt in coniuge: sed vt in alia muliere quacūqꝫ tūc est pctm̄ mortale. Hoc est cōtra Hugonē. xxxj. q. j. quō. vbi dicit vsum matrimonij nō posse impleri sine pctō saltē veniali: q: potest etiā esse matrimoniū cū fit bono intuitu sicut fuisset in statu innocētie ꝑm Frācīscū in rubrica de sponsalibus. Hoc idem innuit Jo. andree in glo. super. c. alma de senten. excom. li. vj. super verbo sacramētis. vbi dicit ꝙ datur gratia per istud sacramentum: sed non sicut per alia sacramenta. Confertur aūt in hoc sacramēto gratia adiuuās ad illa opera que in matrimonio requirunt̄. Ratio scđm Thomaꝫ in. iiij. dist. xxvj. q. iiij. quia vbicunqꝫ diuinitus datur facultas aliquid faciendi. dantur etiam auxilia sine quibus non potest conuenienter vti illa facultate. sꝫ in matrimo-

nio dat᷑ diuinitus facultas vtendi vxo
re. ⁊ per conſequēs datur grā qua idē
cōuenienter fieri poſſit. hec ſctūs tho.
et per hoc reprobat᷑ glo. j. q. j. quicq̄d.
Etiaʒ dicit doctor ſubtilis ꝙ effectus
iſtius ſacramenti ſunt due grē in aīa-
bus contrahentiū. et hoc niſi ſit obex
mortalis peccati. Etenim non ſufficit
ad gratiā percipiendam ꝙ contrahēs
non ſit fictus reſpectu ſacramenti. i. ꝙ
nō ficte recipere intēdit: ſed oportet ꝙ
prius penituerit: quia illud ſacramen
tum nō dat penitentiā. Eſt ergo vnus
⁊ totalis effectus iſtius ſacramēti. ſcʒ.
gratioſa coitio animorum. hec doctor
ſubtilis. Pro iſto dicto eſt. c. vnicū. de
ſacra vnctione. Ulterius eſt ſciendum
de illis que requirūtur ad matrimoni
um vt ſit veruʒ. Primo reqritur etas
debita perſonarū contrahentiū. nā vir
debet eſſe. xiiij. annorū: et femina. xij.
annorum. vnde ſicut ſpōſalia infra ſe-
ptimum annū nō tenent: ſic matrimo
nium etiā nō tenet infra. xiiij. annum.
Quātumcunqꝫ enim fuerit matrimo-
nium de verbo de preſenti infra. xiiij.
annum: nihilominus nō eſt aliud niſi
ſponſalia de futuro vſqꝫ ad. xiiij. annū
⁊ iſta poſſunt rumpi poſtqꝫ ſponſi vel
alter illorū venerit ad debitā etatem.
Secūdo requiritur cōſenſus mutuus
contrahentiū perſonarū per verba de
pſenti. Conſenſus aūt ille ſm̄ Bona.
in. iiij. di. xxviij. debet eſſe in mutuam
corporis poteſtatē. Uerba aūt de pre-
ſenti ſunt iſta ex pte viri. Accipio ego
tē in meā vxorem. Uerba autē mulie-
ris ſunt iſta. Ego te accipio in meum
virum. et ſunt iſta verba neceſſaria: qr
ſacramentū eſt res ſenſibilis ⁊ ideo in
eo requiritur ſignū expreſſum que ex-
preſſio conuenientius fit per verba de
preſenti. vnde ⁊ iſte conſenſus pōt be-
ne per alia verba expediri vel exprimi
inter homines vſitata que iſtis equi-
pollent dicendo. Conſentio in te tanqꝫ
in vxorem. ſimiliter ſi preceſſit interro
gatio inter aliquos de cōtrahendo. Si
alter eorū dicat. volo te de cetero habe
re in vxorem. et illa rūdet. ⁊ ego te volo
habere in viruʒ. vel volo ꝙ tu ſis vxor
mea. ⁊ illa. ⁊ ego habeo te pro viro. In
oībus talibus cōtrahitur matrimoni
um. Sed ſi diceres. volo te accipere in
vxorem. vel volo in te conſentire tan-
qꝫ in vxorē: nō eſſet matrimoniū. Silr
ſi dicat vir. promitto ꝙ te nō dimittaʒ
pro meliori vel pro peiori: etiā iudican
dum eſt pro matrimonio. Item ſi poſt
datam fidē dicant aliqui bibamus no
mine matrimonij et oſculemur nos.
Uvilhelmus dicit ꝙ nō eſt matrimo-
niū: niſi vellēt per hoc recedere a ſpōſa
libus ⁊ cōtrahere de preſenti. qa illud
dictū ſignificat futurū matrimoniuʒ.
ſed ſi diceres bibamus pro matrimo-
nio cōtracto: eſſet matrimoniū. Fran-
ciſcus tū dicit ꝙ illa verba bibamus
nomīe matrimonij ſunt confeſſio veri
matrimonij: ⁊ ergo eſt matrimonium
In oībus aūt iſtis vbi verba dubia ſūt
recurrendū eſt ad intentionem contra
hētium ⁊ ad cōmunē verborū vulgari
um intelligentiā. Unde credo ꝙ ꝑ illa
verba ſponſi interrogati. ſ. in polonia
dicendo. N. placet tibi habere. N. in v
xorem. illo reſpondēte. placet. ⁊ muli-
er interrogata reſpōdeat ſilr: cōtrahat᷑
verum matrimonium. ar. c. ex lr̄is. de
ſponſalibus. Nam per illa verba oēs
in polonia intelligūt contrahi matri-
monium. Ergo ſi ſic vicini cōmuniter
intelligūt debēt etiā contrahētibus il-
la verba facere eūdem ſenſum. naʒ vt
dicunt doctores in. c. ex litteris. de ſpō
ſalibus. in talibus recurrendū eſt ad
intellectū vicinorū. hoc approbat Frā
ciſcus ibidē. ⁊ dicit Hoſtiē. ꝙ quāuis

alter non itellexit ad litterā vel linguā. ſi tñ itellexit affectum vel ſenſum nutu vel ſigno ſufficit. ⁊ nō refert an nutu vł lingua intelligatur. ar. de tranſlatiōe in ter corporalia. xliij. di. ſi rector. Unde ſi ſponſus dat annulū dicēdo in theuconico per verba de preſenti. et ſponſa polona recipit annulum: annuēdo vꝫ conſentire. in dicto ca. ex lřis. Dicit etiam Franciſcus de ſarabellis in. c. ex parte de deſponſalibus ꝙ ſi dicat vir. ꝓmitto ꝙ te ducā in vxorem: ⁊ de cetero tenebo te vt vxorem. Si talis cōtrahit cū alia per verba de preſenti adherebit ſcđe. ꝓpter verba illa ducā te que ſunt de futuro: que etiam ꝟba reſtringūtur ꝑ ſequētia cū dixit tenebo te vt vxorem. Et dicit Innocen. ꝙ hec verba ducā non ſonant tm̄ actum ſed etiā ius: vt ſit ſenſꝰ promitto ꝙ tūc fiam tua legitima vxor et hoc eſt ſi ſūt verba mulieris. Illa autem verba promitto ꝙ tenebo te ꝑ vxore: habent ſenſum acſi dicat vir habeo tecum matrimonium vel accipio te in meā vxorē. ⁊ promitto ꝙ de facto tenebo te pro vxore. Si autē dicat promitto ꝙ nunꝙ̄ habebo aliam niſi te: licet iſtā non tenetur ſimpliciter accipere ſi nullam vxorem in vita ſua vult ducere. tamen ſi vellet ducere aliam non poteſt: quia de communi vſu loquendi ſēſus eſt. Recipiam te et non aliam ſi vxorē voluero ducere. Item ſi concubina dicat alicui: nolo ꝙ me cognoſcas niſi tāꝙ̄ vxorem ⁊ vir taceat ⁊ cognoſcat. Dicit Johannes de lignano ꝙ eſt preſumptum matrimonium. Sed tamē Caſpar dicit ꝙ non quia non expreſſerunt et etiam quia tacēs habetur pro cōtradicēte in hoc caſu cū agatur de obligatione ipſius ſcilicet ſub conditione vel ſub mō. Sub cōditione fit vt contraho tecū ſi patri meo placuerit. vel ſi iuenero te habere cētum marcas. et ſic de ſimilibus. et talis contractus ſuſpendit matrimoniū vſq; ad exiſtentiam cōditionis. i. nō prius tale matrimoniū tenebit niſi impleatur illa cōditio. Si tamen interim conſenſus de preſenti vel copula carnalis fuerit ſubſecuta: tenebit matrimonium eo ꝙ tales videntur receſſiſſe a cōditione. vt de cōditionibꝰ appoſitis. de illis. et. c. ſuper eos. ⁊. c. ꝑ tuas. Et hoc intelligendū eſt de conditiōe honeſta quales ſunt due ille ſupra poſite. nam ſi eſſet cōditio cōtra ſubſtātiā matrimonij vt cōtraho tecū ſi non prolificabis. vel donec michi aliā inueniā. vel ſi te exponas pro queſtu proſtituendi: oēs tales nichil agūt. Si tamē quis dicat. cōtraho tecū ſi te virginem inuenero ⁊ poſtea ſequitur coitus nec īuenīr virgo. Dicit Berñ. ⁊ Hoſti. ꝙ iudicabitur pro matrimonio ⁊ hoc in foro iudicij. tamen in foro aīe non ſic iudicabitur: quia dignum eſt vt mulier que mentita eſt ſe eſſe virginē maneat decepta. ⁊ vt viro ſubueniatur qui forte vult vitare bigamiam. Sed ſub modo cōtrahitur ſic. do tibi tunicā vel cingulum vel annulū: vt contrahas mecū alioquin reuoco quod donaui: talis cōtractus ſtatim tenet. Sed ſi non ſeruetur modus poterit reuocari. Dicunt tamen doctores ꝙ licet poſſet contrahi matrimonium ſub cōditione: nō tamē ſub modo: ⁊ hoc eſt tenendum. Matrimonium tamē ex cauſa contractum tenet ſiue cauſa ſit vera ſiue falſa: vt contraho tecū quia pulchra es ſiue diues niſi cauſa eſſet ita falſa ꝙ contineret in ſe aliquod impedimentū vt cōtraho tecū quia libera es: nā ſi non eſſet libera non teneret matrimoniū ⁊c. Et ſciēdū etiā ꝙ ſi quis cōtrahit cum aliqua cū cōditione. deinde tñ ante aduentū cōditiōis ꝯtrahit cum alia pure dꝫ manere cū ſecūda. etiā ſi ſit cōſanguinea prime

## De impedimentis matrimonij.

Nunc videndum eſt de impedimentis matrimonij. Sunt autẽ. xij. ipedimẽta que impediũt matrimonium cõtrahendũ ⁊ dirimũt iam contractũ ſm Inno. in. c. iuuenis. de ſponſalibus. Primum eſt furor. xxxij. q. viij. c. neqꝫ furioſus. vbi dicit neqꝫ furioſus neqꝫ furioſa contrahere pñt matrimoniũ: ſed ſi cõtractũ fuerit ſcꝫ ante furorẽ non ſeparent̃ ſcilicet propter furorẽ. Et ratio quia tales non poſſunt cõſentire: ſi tamen habent lucida interualla tunc bene poſſunt. vt dicit glo. ibidem. Scḋꝫ ſi eſſet vtroqꝫ articulo. id eſt teſticulo carens vł impotens coire. xxxj. q. vij. illi. Tertiũ eſt affinitas: vt ſi quis ſponſam de preſenti conſanguinei ſui recepit in vxorem ⁊ eam cognouit impeditur cõtrahendũ ⁊ dirimitur cõtractũ ita ꝙ prima reſtituitur: ſed mulier non poteſt induci ad abſtinentiã ꝑpter publice honeſtatis iuſticiam: vt de eo qui cognouit cõſanguineã vxoris ſue. c. diſcretionem. Quartum eſt error in perſona vt cum quis putans contrahere cum R. contrahit cum vrſula. Quintum eſt error in conditione ſeruili: vt ſi quis contrahit cũ aliqua putãs eã eſſe liberã cũ tamẽ eſt illibera. vt de coniugio ſeruorum. c. ij. Sed quid dicẽdum eſt de Iacob q̃ deceptus eſt in perſona ſcꝫ qui putãs rachelẽ cum qua cõtraxerat inuenit lyam: ⁊ tñ tenuit matrimoniũ. Rñſio ſm gratianũ. xxix. q. j. c. j. ꝙ illud mrĩmonium nõ tenuit ex ꝑcedẽti ꝯſenſu ſed ſubſequẽti qꝛ poſt copulam carnalẽ in eadẽ conſenſit de nouo. Error tñ qualitatis non excludit vt ſi putatur bonus qui tamẽ eſt malus cõſenſum matrimonij: vt ſi putatur virgo que tamẽ inuenitur corrupta. Similiter error fortune: vt ſi putatur ſpõſa diues que tñ eſt pauper. In oĩbus iſtis caſibus nõ dirimitur matrimoniũ contractũ. Sextum eſt votũ ſolẽne vt ſacri ordinis vel profeſſionis. vñ ſi quis ꝓfeſſione facta in religione vel in ſacro ordine vxorẽ duxit dirimit̃ matrimoniũ: vt q̃ clerici vel vouentes. c. inſinuante. et de voto. c. vnico. li. vj. Alia autem vota ſimplicia lꝫ impediant cõtrahendũ non tamẽ dirimũt iam cõtractũ: vnde ſi quis vouet ſimpliciter non velle ducere vxorem ⁊ poſtea duxit tenet matrimonium. Sꝫ ille peccat mortaliter ſic cõtrahens et nõ debet petere debitum ab vxore: ſed tñ tenet̃ reddere qñ petit̃ ab eo: vt notãt doctores in. c. rurſus. q̃ clerici vel vouentes de quibus vide ibi materiã iſtã. Sed tamẽ ſi quis habẽs votum ſimplex q̄rat a ſacerdote an poſſet cõtrahere dat conſiliũ Hoſti. ꝙ põt dicere ꝙ ſic. Si aũt querat vlterius an tale matrimonium tenebit dꝫ dicere ꝙ nõ alias peccaret. qꝛ daret occaſionem mortaliter peccãdi. Septimũ ſi machinatus eſt in mortẽ prioris cõiugis ſeu vxoris. vel eã ducere ꝓmiſit. de eo qui duxit i matrimoniũ quam polluit per adulteriũ c. ſignificaſti Et dicit Io. an. in ca. laudabilẽ de cõuer. infidelium ꝙ qñ machinatio eſt ab vtroqꝫ. ſcꝫ a viro et a muliere in mortem mariti tũc ſufficit ad dirimendũ matrimonium ſine adulterio. Qñ vero machinatio eſt ab altero tñ tũc nõ ſufficit ſine adulterio: vt de diuortijs. c. j. et iſtud imprimẽdũ eſt mẽti qꝛ raro iſte pũctus bñ itelligit̃ Octauum ſi eſt alterius cultus vt ſarracenus vel iudeꝰ. xxviij. q. j. caue. Nonũ ſi per vim coactus eſt cõtrahere. vt de ſpõſalibus cum locũ Et intellige de vi vel metu q̃ cadit in cõſtantẽ virũ vt dicit glo. j. ibidẽ que etiã dicit ꝙ minor

met⁹ excuſat feminā ꝙ virū. qḋ ſimiliter nota. Decimū eſt ſacer ordo vt ꝗ clerici vel vouētes. c. j. ꝛ de voto. c. vno. li. vi. Undecimū ſi ē alteri nupta de ſpōſa duoꝝ. c. ij. Duodecimū ē publice honeſtatis iuſticia. ḋ ſpōſalib⁹. c. iuuenis ꝛ. c. ad audiētiā. Sūt alia duo īpedimēta ꝗ īpediūt ꝛ ñ dirimūt. ſ. tpˢ feriaꝝ vt de ferijs. c. capellan⁹. Et īterdictū eccl'e vt de deſponſatiōe īpuberū. c. ad diſſoluēdū de oīb⁹ iſtis dant̄ vſ⁹ p Joā. and. in ſū. qrti ſub hac forma Error ꝯditio votū cognatio crimē Cult⁹ diſparitas vis ordo ligamē honeſtas. Si ſis affinis vel ſi coire neq̄bis. Hec ſociāda vetāt cōnubia iūcta retractāt. Et de vltimis duobus dāturverſus. Eccleſie vetitū necnō tempus feriarū. Impediūt fieri permittunt facta teneri.

## ¶ De cautelis huius ſacri.

Et primo caueat vir ne volēs a muliere extorq̄re carnalem ꝯmixtionē fingat ſe eā ducere velle non hñs tñ intētionē ꝛ ꝓpoſitū eam ducēdi. Nā talis ſi eam nō ducat grauiter peccat. licꝫ in foro ꝑniali nō iudicatur ꝑ matrimonio. Et licꝫ mulier que ſimplici animo ſibi cōſentit a peccato excuſatur. tamē deceptor talis ſi vult veram penitētiā agere neceſſe habet eam ſine fictiōe ducere quantum in eo eſt vel dare ſibi virum conuenientē vel aliter ſatiſfacere. Et hoc ſm Tho. Et hoc ſi vir eſt equalis cōditionis cū illa. Nā ſi vir eſſet melioris ꝯditionis puta nobilis ꝛ mulier ruſtica vel ribalda poteſt probabiliter preſumi ꝙ non fuit decepta ſed ſe decipi fingit: et tunc in tali caſu ſi ille non animo ducēdi cohabitauit cū ea nō tenetur eam ducere. nec ei ſatiſfacere: vt dicunt doctores. Secūdo caueat ne q̄s ſponſam ſuam cōtractis ſponſalibus anteq̄ʒ ſolennitates matrimonij fiant ſcilicet anteq̄ʒ in facie eccleſie copulentur audeat cognoſcere nam talis peccat ſecundum guilhelmū. Et hoc intellige in illis partibus vbi prime nuptie benedicuntur. Unde cum iſte non ſūt virgines: nec alter illorum poſt illam occultam commixtionem ſi accipiunt benedictionem quam ſoli virgines vel alter ipſorum accipere conſueuit peccant. cum ſecnude nuptie non ſunt benedicende. ſi tamen non eſſet conſuetudo in aliquibus partibus primas nuptias benedicendi ſicut eſt in polonia credo ꝙ ſponſus cognoſcens ſponſam animo conſumandi matrimonium anteq̄ʒ in facie eccleſie copulentur nō peccent niſi venialiter. hec Tho. in. iiij. ſententiarum. diſt. xxviij. Tertio caueat vir ne cum illa contrahat per verba de preſenti cum qua alter contraxit ꝑ verba de futuro ꝛ copula carnali conſummauit quia nec verum nec aliquod cenſetur matrimonium quod poſtmodū de facto eſt ſubſecutum vt de ſponſalibus. is qui. Quarto caueant parentes ne contrahant pro filijs aut pro filiab⁹ ſponſalia vel matrimonium cum additione pene: nam talis adiectio pene nō valet de iure vt dicitur in. c. gemma. de ſpon. eo ꝙ matrimonia debent eſſe libera. Et hoc eſt contra noſtrates qui ſtipulant penas niſi impleant filij eorum voluntatem. Dicit tamen Franciſcus de ſarabellis. Joh. and. Uincentius et abbas ī dicto. c. gēma. ꝛ ar. xxx. q. ij. c. vno ꝙ bñ poſſūt ſtipulari vel dari pignora īter ꝯtrahētes ſed nō pene. Rō q: pena ſolū ꝑmittit̄ arre vo dant̄: faciliores aūt ſum⁹ ad ꝑmittēdū ꝙ̄ʒ ad dandū. Item arre fiunt ī modica quantitate: pene vero in magna: ꝛ ideo timore magne quātitatis poſſet quis cōpelli ad matrimoniū. Uincentius tñ dicit

q ſi ſint extranei omnino qui non ha-
bent cõtrahẽtes perſonas in ſua pote-
ſtate iſti poſſunt ſtipulare penas inter
ſe ⁊ perdũt eas: vel acquirunt ſi ſponſi
non ſtant in eorũ promiſſionibus. In-
tervero parentes vel alios qui habent
ſponſos in ptãte nõ habet hic locũ de
pignoribus. Etiam teneas q ſi datur pi-
gnus loco arre tunc tenet: ſi aũt pro pe
na tunc nõ. Itẽ ſi datur per cõuentionem
nõ tenet: ſi autẽ per traditionem tenet.
Hoc aũt dr ſm Jacobũ de arra q ratio
pignoris tenet: ſi traditur ſecus ſi cõſti
tuitur tantũ: q quando conſtituitur tan-
tum tũc cedit loco arre ſed ſi conſtitui-
tur cedit loco pene. Quinto caueant
contrahentes ne in cognatione carna-
li ſpũali vel legali contrahãt. Nã prohi
bẽtur contrahere cõſanguinei vſq ad
quartum gradũ incluſiue in collatera-
libus in aſcendentibus autẽ ⁊ in deſcẽ
dentibus perpetuo. In cognatione au
tẽ ſpũali prohibẽtur hi. ſcz baptizatus
et leuans. Baptizatus ⁊ filij leuantis.
Itẽ baptizatus ⁊ cõiunx leuantis pri⁹
cognita. Itẽ leuans ⁊ parentes leuati.
Et eodẽ modo dico de baptizato ⁊ ba-
ptizante. Similiter inter cõfirmatum
et tenentẽ et itẽr cõfirmantẽ ⁊ cõfirma
tum. In alijs autẽ ſacramẽtis nõ con-
trahitur talis cognatio. ſcz in penitẽtia
quia penitẽtia nõ eſt ſacramentũ colla
tũ per modũ generationis ſed ſanatio-
nis: ideo per ipſũ nõ contrahitur ſpũalis
cognatio: alias eni filius preſbyteri nõ
poſſet inuenire vxorem in tota parro-
chia ſcḋz Tho. i. iiij. ſentẽtiarũ. di. xxij
q. j. ar. ij. lz inter ſacerdotes et cõfitentẽ
cõtrahitur fedus: non tamẽ deriuatur
ad alios eoꝝ cognatio: tñ cathecismus
licet impedit cõtrahendũ non tñ diri-
mit cõtractũ: vt de cognatiõe ſpũali p
cathecismũ libro. vj. Item cognatio le
galis impedit vſq ad emancipationẽ.

Eſt aũt cognatio legalis illa quãdo qs
adoptat i filium aliquẽ extraneum co-
ram iudice: ⁊ dico corã iudice: quia als
facta in priuato nichil valet ſm Hoſti.
de cognatione legali. c. vnico ⁊c. Et q
iſta cognatio apud nos hodie nõ viget
ideo de ipſa ſuper ſedeo. Sexto caueat
vir ne dimittat vxorem ſuam propter
quãcunq cauſam: niſi propter fornica
tionem. vt dicitur in gloſa. c. j. queſiuit de
diuortijs. Et intellige tam de fornica-
tione carnali q etiam ſpirituali: ſicut ẽ
ydolatria vel hereſis. Silr ſi mortem
viro machinatur. In iſtis tñ caſib⁹ nõ
ducet aliam q diu viuit quam dimiſit
xxxij. q. iiij. oẽs cauſationes. Ratio q
lz quo ad coniugalẽ thorũ ſit diuiſio et
diuortiũ nõ tamẽ quo ad vinculũ quod
eſt idiſſolubile ⁊ perpetuũ. Ex quo pa
tet q mulier a viro non ſeparatur pro fur
to vel pro alio crimine vel pro alio ipe-
dimẽto. vt dr i. c. queſiuit. de diuortijs
Nec etiam pro aliquo defectu corpali.
ſcz p ſurditate cecitate: p fetore oris ⁊c
Et itellige etiã q q̃tũcunq eſſet noto
riũ crimẽ fornicatiõis in vxore non po
teſt vir ſine iudicio eccleſie ppria aucto
ritate eam dimittere. lz bene põt debi-
tũ ſibi in priuato denegare. Archid. in
c. porro. et. c. ſignificaſti. de adulterijs.
In hoc tñ caſu quãdo alter fornicatur
ſpũaliter. ſ. ſi labatur in hereſim nõ po
teſt is q remanet in fide aliam ducere
illa viuente heretica. Secus ſi aliquis
infidelis vel paganus conuertitur cuius
vxor non vult conuerti: vel nõ vult co-
habitare ſine contumelia creatoris: q
talis poteſt cõtrahere etiam viuẽte ta-
li vxore vt de diuor. c. v. Septio caueat
vir ne vxorẽ in adulterio deprehẽſam
interficiat: q lz ſm leges ciuiles nõ pu
niatur talis occiſor aliqua pena: tñ ſm
ius diuinũ punitur. xxxiij. q. ij. inter hec
vbi expreſſe phibetur tale vxoricidiũ

Debet enī potius eam corrigere ꝛ ſibi
recōciliare cum deus parat⁹ ſit accipe-
re ipſi⁹ penitētiā exēplo mulieris adul
tere. Joh. viij. vt dicit Bonauētura in
iiij. di. xxiij. q. j. ꝛ Tho. q. j. Qui etiam
addit ꝙ occidēs vxorem ꝓpter adulte-
rium vel odium ex ſtatuto eccleſie con
trahere cum alia non debet: ꝛ maxime
ſi occidat eam vt cōtrahat cū alia: ſec⁹
eſt ſi non eo aīo: quia tunc lꝫ nō debeat
cōtrahere: ſi tamē cōtrahit tenet. Octa
uo ne aliquis habēs aliquem ſacrū or-
dinē contrahat matrimoniū: quia tale
matrimoniū nō tenet vt de voto. c. vno
li. vj. Similiter ecōuerſo caueat ne con
trahēs per verba de ꝑſenti cum aliqua
ſacrum ordinē accipiat. qꝛ talis debet
reſtitui vxori ꝛ ſi poteſt eſſe ſine ſcāda-
lo vxoris debet deferre habitū et coro-
nā clericalē. Nec poteſt cōtrahere poſt
mortem illius vxoris. Et ſi contraxe-
rit nō tenet matrimoniū ſm Innocen-
tiū. Nec etiā poſt mortē vxoris poterit
in ſuſcepto ordine miniſtrare. vt in ex-
trauagāti Johānis pape vigeſimi ſcđi
que īcipit. Antique. Talis enī reſtitu-
tus vxori tenebit̄ reddere debitum: ſed
non poterit petere. Nono caueant con
iuges ne poſt bn̄dictionem acceptā pri
ma nocte cōmiſceant̄. vt. xxiij. di. ſpon-
ſus. Alibi etiā dr̄ ꝙ biduo vl' triduo de
bēt cōtinere. vt in. xxx. q. v. aliter. Sed
hoc eſt cōſiliū non ꝓceptū ꝛ ideo ne q̄s
obliget ſub ꝓcepto ſpōſos ad talia hoc
pono pro auiſamēto: qꝛ multi faciūt in
diſcrete cōſcientiā de talibus ipis cōiu
gibus per modū precepti: qđ fieri non
dꝫ: ſed per modū cōſilij tm̄ ꝛc. Decimo
caueat vir vel femina ne ſine parētum
conſilio vel conſenſu nubat: quia dicit
Ambro. in libro de patriarchis. Nō eſt
virginalis pudoris eligere maritū Vn̄
et Euariſti⁹ papa dicit qꝛ aliter nō eſt
legitimū ↄiugiū niſi a parentibus tra
dat̄. Et Euripidiꝰ in ꝑſona cuiuſdā fe
mine legit̄ dixiſſe Sponſaliū meorum
pater me⁹ curā ſubijt: maritum eligere
nō eſt meū. Hec oīa habēt̄. xxxij. q.
ij. non omis. ¶. Cū ergo dr̄. ¶. ꝛ hono-
rātur. Si tamē fecerit tenet matrimo-
niū quia hoc ſolum eſt de honeſtate: et
non de neceſſitate: maxime ſi habet an
nos legitimos ſcꝫ vir quattuordecim:
et femina duodecim. Dicunt tamen le
ges ꝙ femina poſt. xxv. inuitis paren-
tibus nubit: ꝛ verum eſt. Undecimo
caueat ſacerdos ne clādeſtine aliquos
copulet hoc eſt ne pretermiſſis bannis
in eccleſia aliquos introducat ſiue co-
pulet. Nam talis ſacerdos ſuſpēditur
per triennium: vt notatur de claudeſti
na deſponſatione. c. cum inhibitio.
Duodecimo caueat ſacerdos ne bene-
dicat ſecundas nuptias: quia irregula
ritatē incurreret: poteſt tamē per epm̄
ſuper eo diſpenſari: vt in extrauaganti
Johannis. xxij. que incipit Concerta-
tioni. Tredecimo caueat vir ne ſemꝑ
exigat vl' reddat debitū vxori quia hoc
preceptū de redditione debiti cū affir-
matione non obligat niſi pro loco ꝛ tē-
pore ſcđm Johā. pariſien. quia obligat
ſemꝑ: ſed non ad ſemꝑ: nec pro ſemper
ſed qn̄ poteſt eſſe debite circūſtantionā-
tus ſm doctorem ſubtilem in. iiij. diſt.
xxiiij. quia fortiori vīculo obligatur ad
nō reddendū: vt in hoc caſu: qꝛ tenetur
non occidere fetum in vtero pregnātis
vel nō eſſe cauſa aborſus. Similiter ſi
redditio debiti vergit in detrimentum
ſanitatis non tenetur reddere: qꝛ tenet̄
potius propriā incolumitatem ꝙ̄ iſtiꝰ
detrimentum vitare in cōiuge. Simili
ter nō tenetur ſatiſfacere voluntati mu
lieris tēpore menſtrui ne proles naſca-
tur leproſa que alias pōt procreari ſa-
na: ꝛ etiam qꝛ talis coitus inducit per-
petuā ſterilitatē in muliere ſm Augu.

propter cõmixtionẽ ſeminis cum ſan-
guine. vnde ſi contingeret naſci fetum
fit leproſus ſcabioſus cecutiẽs vel iter
dum caducus. vł obſeſſioni demonum
tanq̃ vas immũde compoſitũ aptus.
et ideo in lege moſayca accedẽs ad me
ſtruatã morte moriebatur: q̃ mors non
infligebatur niſi pro mortali. Et ſi dici
tur tamen leproſo viro tenetur mulier
reddere debitum licet nõ tenetur ſecũ
cohabitare: vbi tamen certiſſimum eſt
q̄ proles naſcetur leproſa. ergo ſimile
eſt in menſtruata. Rñdeo ſcðm docto-
rem ſubtilẽ vbi ſupra. quia in mẽſtruo
poteſt expectari tp̄s congruũ vt naſca-
tur proles ſana: in lepra vero non. Vn-
de meli⁹ eſt q̄ naſcatur leproſa vel ali-
qualis q̃ʒ omnino nulla: quia meli⁹ eſt
ſic eſſe q̃ʒ non eſſe. Verumtamen dicit
Tho. vbi ſupra. q. ij. arg. ij. Si eſt flux⁹
inaturalis ⁊ diuturnus pōt vir ad ta-
lem accedere: qꝛ alias oporteret virum
perpetualiter abſtinere. Dicit etiam q̄
mulier mẽſtruata poteſt reddere debi-
tũ viro petẽti. debet tamen eum auer
tere precib⁹ vt ſufferat. non tamen ita
efficaciter dʒ auertere q̄ poſſit eſſe occa
ſio ſibi īcidẽdi ī aliquas peſſimas cor-
ruptiones ſicut ad id pronus creditur
Si aũt credit q̄ petit ignoranter debet
mulier aliquã occaſionẽ pretẽdere: vel
infirmitatẽ allegare ne debitũ reddat:
niſi periculum viro timeať. Dicit autẽ
Tho. q̄ accedẽs ad pregnatã: nõ ſemp
peccat mortaliter: niſi timeať aborſus.
Dicit etiã ipſe q̄ ſi tunc vir preter con-
ſuetudinem et modũ a natura īſtitutũ
quantũ ad ſitũ exigit debitũ a coniuge
puta a parte poſteriori vel ad latus nõ
ſemp eſt peccatum mortale: ſed quãdo
q̄ʒ poteſt eſſe ſine peccato. Dimittere
aũt propriũ vas ſp̄ eſt peccatum mor-
tale ⁊ ſodomiticũ: qꝛ hoc eſt cõtra natu
ram coniugij. hec ſanctus Tho.

## ¶ De expoſitione miſſe.

Hoc facite in meã comme-
morationẽʒ. Luce. xxij. de
conſe. di. ij. iteratur. Qꝛ ſe-
cũdum beatũ Tho. in. iij.
parte ſumme ſue. q. lxxxiij. ar. iiij. mẽ-
ſteriũ noſtre ſalutis totum comprehẽ-
ditur in ſacramẽto euchariſtie. ideo ta
le ſacramẽtũ pre ceteris agiť cũ maiori
ſolẽnitate: que quidem ſolẽnitas ī miſ
ſe officio conſiſtit: vbi recolitur ſingu-
laris memoria dominice paſſiõis: iux-
ta quod ipſe iturus ad paſſionem fieri
precepit dicens. Hoc facite in meã cõ-
memorationem. glo. id eſt in memoriã
mortis mee. Et qꝛ ſingule partes miſ-
ſe inenarrabilem dulcedinẽ redundãt
diuinorum myſteriorũ. Deſignant enī
geſta facta et opa xp̄i qui operatus eſt
ſalutem in medio terre. ⁊ precipue cir-
ca myſteriũ ſue paſſiõis: reſurrectiõis
et aſcenſionis ideo de ſingulis particu
lis huius ſacri officij breuiter intendã
mus. Circa quod ſciẽdum q̄ miſſa di-
citur primo a mittendo quia angeli ibi
mittunť: vt dicit Grego. de conſe. di. ij.
q̄ ſi ſanguis. Secundo ratione filij q̃
ibi mittitur a deo patre. Tertio ratiõe
noſtri: qui mittim⁹ vota noſtra ad deũ
per ſacerdotem vt nobis deus mittat
benedictionem ⁊ gratiam. Quarto ra-
tione. ſcʒ cathecuminorum: qui vt dicit
Hugo antiquitus admittebãtur vſqʒ
ad offertoriũ: ⁊ ab offertorio foras mit
tebãtur. Cathecumini autem erãt no-
uiter credentes nondũ baptizati. Ha-
bet autem multa noĩa iſtud officiũ miſ
ſe ſeu ſacramentũ. Diciť enī miſſa pro-
pter rationes predictas. Item diciť eu
chariſtia ab eu qđ eſt bonum: ⁊ charis
grã quaſi bona gratia. Dicitur hoſtia
ab hoſtibus vincẽdis: qꝛ per eã noſtri

hoſtes vincunt. Immolatio dicit̃ ſcḋm Iſido. vj. ethimo. ab in ⁊ moles: quia i mole. i. in cumulo altaris ſacrificatur. Communio qꝛ dr̃ eſt eſca oim̃ fideliũ. iuxta illud. Omnes de vno pane et de vno calice participamus. Dicit̃ viaticꝰ quia datur i hac via p̄ſentis vite ad ſuſtentationem. Dicitur ſacrificiũ quaſi ſacrum faciens: quia myſtica prece cõſecratur. in pſalmiſta. Immola deo ſacrificium laudis ⁊c. Dicitur etiã actio ſcḋm Leonem papam: quia hic quaſi in quodã iudicio agimus. Nam locus eſt eccleſia: iudex deus: actor diabolus reus populus: conſcientia teſtis: ſacerdos defẽſor. Sic dicit Augꝰ. de ſe i oratiõe quadam. Summe ſacerdos q̃ me inter te ⁊ meum populum eſſe voluiſti ⁊c. Scḋo videndũ eſt quis inſtituit miſſam. Reſpondeo qꝫ Petrus Iacobus et Baſilius ceſarienſis epiſcopus. De petro dr̃ in cronicis qꝫ primꝰ antiochie primã miſſã celebrauit ſub tribus orationibus vt dicit Hugo de ſctõ victore li. ij. de ſacramẽtis. c. viij. De iacobo et baſilio habet̃ de ↄſe. diſ. ij. iacobus. Dicit aũt Archid. in dicto. c. iacobus. qꝫ iacobus inſtituit dicere ſecretã. Baſiliꝰ aũt alia addidit. Pro quo ſciendum qꝫ miſſa quondã non cum tanto apparatu nec cum tãta ſolennitate dicebatur. Primo enim ab apoſtolis dicebantur tm̃ illa verba in celebratione miſſe que dñs dixit. Hoc eſt enim corpus meũ. ſed poſtea apoſtoli addiderũt dñicam orationẽ. ⁊ adhuc etiã apoſtolorũ ↄſuetudo p̄ſentatur ſingulis annis ſctõ die veneris. excepto qꝫ illo die non cõſecratur. Poſtea apoſtoli vel eorũ ſucceſſores inſtituerũt qꝫ ep̄la ⁊ euangeliũ legeretur ãte ſacrificiũ. Primo aũt legebatur ep̄la. ſcḋo euangelium. tertio dñica oro. quarto dicebant̃ verba dñi: ⁊ tunc offertoriũ ichoabatur a lectore: q̃ mos ſabbato ſancto pẽthecoſtes adhuc ſeruatur. Poſtea vero ſãcti patres ⁊ apoſtoli illas ſolẽnitates que nunc ſunt in miſſa addideruut. vt Alexander Gelaſius Gregorius Leo Celeſtinus Damaſus ⁊c. Canonẽ aũt dicit Greg. fuiſſe cõpoſitũ a quodã ſcolaſtico. Apoſtoli tamen ibi multa addiderunt ſicut infra patebit i ſuis locis de quolibet iſtorum ſpãliter. Tertio videndum eſt de preparatione ſacerdotis Et quia ſacerdos eſt quaſi pugil qui dimicare habꝫ cum diabolo ꝓ delictis populi i miſſa. ideo armat ſe primo orationibꝰ ſecũdo veſtibus ſacris. tertio cerimonijs. debitis. Primo igit̃ dicit pſalmiſta. Quã dilecta. Bñdixiſti. Inclina. Credidi. De ꝓfundis. ⁊ hoc ↄ̃tum ad illos qui dicunt officium romanum quod Linꝰ inſtituit. Dicuntur aũt iſti quinqꝫ pſalmi ſcḋm Inno. propter trangreſſionẽ quinqꝫ ſenſuũ ⁊ etiã quia i quolibet eorũ fit cõmemoratio de his q̃ ſpectant ad illud ſacramentũ ⁊ ad remiſſionem pctõꝝ. In p̄mo dr̃ de altaribꝰ. Altaria tua dñe virtutũ. In ſecũdo de mia det: ibi. Oſtẽde nobis dñe ⁊c. In tertio de orone: ibi. Veniẽt ad te ⁊ adorabũt corã te. In quarto de oblatiõe: ibi. Calicẽ ſa. ac. ⁊c. In quĩto de finali redemptione: ibi. Quia apud dñm mia ⁊c. Scḋo ſacerdos ornat ſe pectẽdo pilos ⁊ purgãdo euulſos. per quod deſignatur cogitationum malaꝝ mundatio. Tertio lauat manꝰ. iuxta illud Iſa. Lauamini ⁊ mundi eſtote. Quarto induitur ſacris veſtibus. Circa quod ſciẽdum qꝫ aliter induitur epiſcopꝰ q̃ꝫ ſimplex ſacerdos. nã epiſcopus ſm Johannẽ beleth. primo iduit ſãdales vel ſotulares qḋ deſignat ocreas pugillorũ. ipſe eni tunc dꝫ pugnare cum diabolo. vnde accipit ſpũalia arma. Alba ꝓ lorica operitur. cigulũ ꝓ arcu: ſubcingulũ ꝓ pharet

tra. ⁊ dicitur ſubcingulum quo ſtola li
gatur. Stola circundat collũ: quaſi ha
ſtam contra hoſtem vibret. Manipulo
proclamat. Caſula quaſi clipeo prote-
gitur Libro pro gladio vtitur. Mitra
quaſi galea caput protegit Sꝫ ſimplex
ſacerdos primo habet calceos ſine qui
bus nullus debet celebrare: etiam qui
habet ex voto profeſſionis incedere diſ
calciatus ſecundũ Berñ. de paratinis
Et hoc ſignificat humanitatem chri-
ſti quã Johãnes baptiſta calceum ap-
pellauit. vnde in ſignum deſponſatio-
nis chriſti ⁊ eccleſie incedimus diſcal-
ciati: ⁊ demum ſacerdos ponit hume-
rale quod deſignat velamen chriſti qđ
habuit cum ſibi dicebatur velato capi
te. prophetiza nobis xp̄e. Alba ſignifi-
cat veſtimentum quo herodes illuſit
chriſtum Luce. xxij. Cingulum ſigni-
ficat flagellum quo ceſus eſt circa co-
lumnam Joh. xix. Manipulus funem
quo ligat⁹ fuit. Joh. xviij. Comprehē-
derunt ⁊ ligauerunt eum. Stola ſigni-
ficat ligamen quo ligatus fuit ad colũ
nam. Caſula ſignificat purpureum ve
ſtimentum. Iſta ſpiritualiter ſignifi-
cant virtutes in ſacerdote. nam hume
rale ſignificat fidem quam apoſtol⁹ ap
pellat galeam. ad Ephe. vj. Alba ſpem
que totum contegit. Ro. viij. Spe ſal-
ui ſumus Cingulus iuſticiam. Iſa. xj.
Erit iuſticia cingulum lumborum ei⁹
Manipulus ſignificat fortitudinē con
tra impedimentum diaboli. Stola ab
vtroqꝫ humero ſignificat prudentiam
et temperantiam. Caſula que totum
operit ſignificat charitatem. Habet er
go ſacerdos ſimplex ſex indumenta:
quia habet ſex officia. ſcilicet baptiza-
re: predicare: cathecizare: ligare: abſol-
uere: et conſecrare. Epiſcopus vero ha
bet nouem. ſcilicet caligas: ſãdalia: ſuc
cintoriũ mitram: dalmaticam: tunicã:
cyrothecas: ãnulum: et baculum quia
epiſcopus habet plura officia q̃ ſacer
dos. ſ. virgines cõſecrare: eccleſias de-
dicare: clericos ordinare: ſynodum ce-
lebrare: chriſma cõficere: veſtes: vaſa:
⁊ alia ſacra eccleſie ornamēta cõſecra-
re ⁊ confirmare. Conſecrationē autē
veſtimentorũ predictorũ Stephanus
inſtituit anno dñi. cclvij. Deinde ſacer
dos accedens altare dicit. Aufer a no-
bis dñe cunctas iniquitates nr̃as. ⁊c.
ſignando ſe in facie. per quod petit oĩa
impedimēta a ſe auferri ſeu remoueri.
Tandē oſculatur reliquias in medio
altaris dicens. Oro te dñe per merita
omniũ ſanctorũ tuorum ⁊ eorũ quorũ
hic oſſa recõdita ſunt: vt eorũ interceſ-
ſione nobis digneris indulgere vni-
uerſa delicta nr̃a. per quod petit ſãcto-
rum ſuffragiũ quaſi ex ſe ſit indignus
Deinde oſculatur librum dicens. Di-
gnus ſim dñe accipere librum ⁊ aperi
re ſignacula eius: quoniam occiſus es
pro nobis ⁊ redemiſti nos deo in ſan-
guine tuo. Oſculum illud quod facit i
medio altaris ſignificat iudaicũ popu
lum. Euangelium vero gentilem qui
per euangeliũ credidit. Unde q̃a xp̄s
vtriqꝫ populo veniens in mundũ de-
dit pacem: ideo vtrũqꝫ oſculatur. Qđ
autem prius ſacerdos accedit ad dex-
trum cornu altaris ſignificat q̄ prius
xp̄s predicauit iudeis: deinde genti-
bus. His expeditis videndũ eſt de ip-
ſo officio quod habet ſex partes. qua-
rum prima vocatur preparatio et du-
rat ad epiſtolam. Secunda inſtructio:
et durat ad offertorium. Tercia obla-
tio: et durat ad prefationem. Quarta
conſecratio: et durat vſqꝫ ad Oremus
preceptis ſalutaribus. Quinta ſacra-
menti perceptio: ⁊ durat vſqꝫ ad com-
munionem. Sexta gratiarum actio: et
durat vſqꝫ ad finem.

## ¶ De prima parte miſſe.

ET quia populus debet pri-
mo venire cum mentis de-
uotione ad eccleſiam ideo
miſſa primo incipitur ab
introitu. Pro quo ſciēdū ꝙ olim miſ-
ſa inchoabatur a lectionibus ſicut ad-
huc fit in ſabbato paſche ꝛ penthecoſ-
tes. Unde Celeſtinus primus natio-
ne romanus. anno dñi. ccccxxvij. inſti-
tuit vt ab introitu inciperetur. Poſt
quē Gregorius prim⁹ anno dñi. ccccc.
lx. cantualem introitum cōpoſuit: ꝛ ſi-
gnificat deſideriū ſanctorū patrū qui
incarnationē xp̄i deſiderabāt claman-
tes deuote. Emitte agnū dñe domina-
torem terre. ꝛc. et iterū. Utinā diſrum-
peres celos. Per verſum aūt deſigna-
tur deſiderij numeroſitas. quia diuer-
ſi diuerſimode clamabant. ideo aūt vt
cōiter intrtoitus ſumit̄ de pſalmis. q2
olim cātabantur in principio miſſe. cl.
pſalmi. ſed quia tedioſum poplo erat:
ideo Pelagius ſtatuit vt ſolū aliquid
de ipſis ſumeretur. ſ. introitus cū vſu.
Aliqui tñ ſancti habēt ſpeciales introi-
tus in ſuis feſtis ꝑpter reuerentiā eo-
rum. Additur etiā gloria patri. quia lȝ
ſolus filius ſit incarnatus tñ tota tri-
nitas operata eſt incarnationē: qđ Da-
maſcenus papa inſtituit. Obmittit̄ tñ
in miſſa defunctorū: quia illi nō ſunt i
ſtatu glorie ſed pene. Silr̄ in dñica paſ-
ſionis dñi: quia tunc nō recolitur glīa
ſed confuſio in perſona filij dei facta.
Reſumitur aūt introitus ideo: q̄a taȝ
precedentes q̄ȝ ſequētes ſancti in fide
xp̄i ſunt cōcordes. vnde ꝛ qui precede-
bant ꝛ qui ſequebātur clamabāt oſan-
na. Sciendū aūt ꝙ ſacerdos debet pri-
mo egredi de ſacriſtia qñ introitus in-
choat̄. Signat aūt egreſſus ille chriſti
egreſſum de vtero virginis glīoſe: de
quo ꝓceſſit tanq̄ȝ ſponſus de thalamō
ſuo. Scđo ppl's debet venire cū men-
tis humilitate: qđ deſignat Kyrie elei-
ſon: qđ etiā Grego. papa cātare nonies
inſtituit ꝛ eſt grecū ſignificās tm̄ ſicut
dñe miſerere. Fit aūt in greco vt innu-
atur xp̄i titulus ſcript⁹ fuiſſe grece. he-
braice ꝛ latine. vñ oſāna ꝛ ſabaoth he-
braica ſunt. reliqua vero latina: vel vt
oīs lingua cōfiteatur xp̄i paſſionē. Et
fit nonies vt ad nouē ordinū angelorū
cōtēplationē poſſimus ꝑuenire. Tri-
plicatur aūt ad laudē trinitatis. Et re-
cte ſequit̄ poſt introitū. Introitus enī
ſignificat aduentū xp̄i in carnē. Kirie
eleiſon vo i mēte: qđ ſignatur ꝑ hoc qđ
dicitur miſerere nobis. Tertio debet
ppl's venire cū mentis erectione quod
ſignat cātus angelorū. ſ. Gloria in ex-
celſis deo. Et recte ſequit̄ poſt illa duo
ad ſignificandū ꝙ homo ad aduentū
xp̄i in carne ꝛ mēte debȝ gaudere gau-
dio ſp̄uali ꝛ vocaliter exꝑmere. Et pri-
mo incipitur a ſacerdote: ſcđo a choro
cōpletur per quod deſignatur ꝙ ꝓmo
vnus chorus. i. vnus angelus in nati-
uitate dñi icepit iſtū hymnū: poſt hoc
alij multi ipſum proſequebātur. vt dr̄
Luce. ij. Et quia iſte hymnus dictus
eſt ad laudem dei in natiuitate qui eſt
mediator dei ꝛ hominū: ideo in medio
altaris dicitur: vel quia i media nocte
natus eſt. Et q̄a etiam iſte hymnus in
ortu xp̄i in mundū dictus eſt: ideo fa-
cie verſa ad orientē ipſe incipitur. Et
quia iſtud cāticū eſt leticie: ideo in ad-
uentu nō canitur: q2 ſancti patres non
in re ſed in ſpe habuerunt premium.
Spes aūt que differtur affligit animā
Prouerbiorum. xiij. Silr̄ in. xl. ꝛ. lxx.
vbi recolitur lapſus primi hoīs flebi-
lis nō dicitur. Unde nouem ſeptima-
nis tacetur propter nouem chororum
angelorum conſortij priuationē. Item

In die innocentū nō cantat᷑ quia fuerūt
nō in gloriam ſed in vituperiū xp̄i occi
ſi. Generaliter tamen dicitur iſte hym
nus quādo dicit᷑ Te deū laudam⁹. ex
cepto ſabbato paſche ⁊ cena dn̄i ꝓpter
ſpeciales rationes. In cena aūt dn̄i nō
dicitur niſi ab epiſcopo. Sed ſabbato
paſche ab omnibus: quia illa miſſa eſt
quodāmodo diei ſequētis. ſcʒ reſurre
ctionis xp̄i. vnde in nocte deberet cele
brari. de ꝯſe. di. ij. nocte. Deinde ſacer
dos vertit ſe ad populū dicēs. Dn̄s vo
biſcū. quod valet tm̄. i. dn̄s tribuat pec
catoribus affectū ⁊ voluntatē bonam.
Sed ep̄us dicit pax vobis: quia eſt vi
cari⁹ xp̄i: qui dixit apoſtolis ſuis poſt
reſurrectionē ſuā: pax vobis: quaſi di
ceret in p̄nti detur vobis pax peccato
ris: ⁊ in futuro pax eternitatis: et cho
rus reſpōdet. Et cū ſpū tuo. id eſt dn̄s
qui eſt in corde tuo ſit etiā nobiſcum i
corde nr̄o. Et hoc verbo dn̄s vobiſcū
ſumptū eſt de libro Ruth. c. ij. Sic eni
legitur booz ſalutaſſe meſſores ſuos ⁊
propheta i Paral᷑. aſa regem ⁊ qui cū
eo erant: ⁊ angelus ſalutās gedeonem
dixit. dn̄s tecū. Sed hoc verbū. et cum
ſpū tuo ſumptum eſt ab ap̄lo ad Thi
mo. vltimo. Sciendum tamen ꝙ ſacer
dos vertit ſe in miſſa quinquies ad de
ſignandum ꝙ chriſtus poſt reſurrecti
onem ſuā ipſo die reſurrectionis quin
quies apparuit ſuis electis. Prio ma
rie magdalene: ſecundo mulierib⁹: ter
tio petro: quarto duobus diſcipulis in
emaus euntib⁹: quinto omnibus diſci
pulis abſente thoma. Et quia popul⁹
conuenit ad orandum cū intentione i
petrādi: ideo ſtatī ſequit᷑ collecta. Un
de dicit ſacerdos: oremus ſignificans
illud qd̄ chriſt⁹ dixit ap̄lis. Orate ne i
tretis in tentationem: per quod etiam
reddit ſe indignum: vnde quaſi conuo
cās ad ſe fideles dicit oremus. i. omēs
orate vt quod petimus faciliꝰ impe
tremus. Et tūc dicitur collecta ſeu ora
tio que deſignat ꝙ xp̄s dans nobis ex
emplum orauit. Et dicitur collecta: q̄ꝛ
fit ſuper populū collectum: vel quia in
ea colligitur populi oratio ſeu depreca
tio. Et fit in dextera parte altaris: per
quā deſignantur bona eterna ⁊ ſpiritu
alia que primo ſunt petenda iuxta illō
Primū querite regnū dei. Fit etiā ver
ſus orientem iuxta Damaſcenū libro
quarto cap̄lo. xj. vt paradiſum affecta
re monſtraremus que eſt in partibus
orientis. Secundo vt xp̄m crucifixuʒ
qui verſus orientē ſtans in cruce reſpi
ciebat attēdamus. Tertio vt ipſum iu
dicem inde venturū ſignificem⁹. Quā
doqʒ aūt dicitur vna or̄o ratione ſolen
nitatis. Aliqn̄ due vel tres vſqʒ ad ſep
tenariū ⁊ nō vltra: quia ſm̄ Inno. dn̄s
ſeptē petitionibus docuit orare. et etiā
quia vltra in tediū verteretur. de cōſe.
diſt. ij. cū oia. Qn̄ aūt imponūtur plu
res collecte tūc primo imponātur due
poſtea tres vel primo vna vel poſtmo
dum due: ita ꝙ maior numerus ſequa
tur. ⁊ ſemper fiant in numero impari:
q̄ꝛ ꝑſone diuine ſunt impares i nume
ro. ⁊ diriguntur oēs oratiōes patri ⁊ fi
lio ⁊ nō ſpiritui ſctō: quia cū ipſe ſit do
num a dono nō petitur donū ſm̄ Ber
nar. de tarātinis. De modo aūt conclu
dendi collectas dātur verſus. Per do
minum dicas ſi cū patrē preſbyter oras
Cū xp̄m memores per eūdem dicere
debes. Cū xp̄o loqueris per eundē di
cere queras. Qui tecū ſi fit collecta fi
nis in illo. Si ſpiritus almus eiuſdeʒ
dicere debes. Hoc eſt vbicūqʒ ad deuʒ
patrē dirigitur or̄o. ⁊ nō eſt mentio de
filio dicatur. per dn̄m ⁊c. Si aūt ibi eſt
mentio filij: dicatur per eūdē dn̄m ⁊c.
Si autē ibi eſt mētio de ſpū ſctō: dicat᷑
per dn̄m ⁊c. qui tecum viuit ⁊ regnat i

vnitate eiuſdē ſpūſſancti deus ꝑ oia ſe
cula ſeculorū amē. i. per oia pſentia et
futura. Nullus aūt debꝫ ſibi facere no
uas collectas que nō ſunt ab eccl'ia ꝓ
bate: qꝛ hoc ꝓhibuit cōſiliū africanuꝫ
cui interfuit Aug⁹. Sciendū etiā ꝙ ſi
imponit collecta defunctoruꝫ in miſſa
viuoruꝫ ꝙ illa debet eſſe penultima et
nō vltima: qꝛ finis debet ſuo principio
cōuenire. Nullo aūt modo in miſſa de
functorū collecta ꝓ viuis debet impo
ni: qꝛ mortui viuos iuuare nō poſſunt
Itē collectas dici precepit Symach⁹
natione ſardus anno. cccccxiiij.

## ¶ De ſecunda parte miſſe.

Expedita prima parte miſſe
que eſt ad populi prepara-
tionē. dicendū eſt de ſecun-
da que eſt ad ppl'i inſtructi
onem: ⁊ incipit ab ep'la in qua docetur
ppl's in diuinis mādatis. et habet ſex
partes. ſ. myſterialē informationē: de
qua in ep'la penitentionalē operationē
de qua in graduali: ſalutarē lamenta-
tionē: de qua in tractu: ſpūalem exulta
tionē: de qua in all'a: principalē inſtru-
ctionē: de qua in euāgelio: ⁊ ſpecialē fi-
dei inſtructionem: de qua in ſymbolo.
Scd'm aūt Inno. ep'la ſignificat offici
um pcurſoris qui preibat āte faciē dñi
Et qa predixit. penitētiā agite: ideo ſe
quit graduale. Sed qꝛ poſt penitētiaꝫ
ſequit gaudiū: qꝛ ipſe dixit. Appropin
quabit eni regnū celorū. ideo ſequitur
all'a. qd' eſt cātus gaudij. Et qꝛ poſt Jo
annis doctrinā ſecuta eſt doctrina xpi
aliquod ſignũ fidei: puta habuerũt cõ-
tritionem vel deuotionem decedentes
nam de talibus adhuc eſt ſpes. et dor-
miũt in ſõno pacis. i. ſine peccato mor
tali ſm Berñ. de parantinis. Et dꝫ hic
fieri memoria eodeꝫ modo ſicut ſupra.
Primo ꝓ illis pro quibus ſpecialiter
miſſa legitur vel qui in ſpeciali memo
ria ſunt tibi cõmendati. Scđo ꝓ paren
tibus mortuis. Tertio pro benefacto-
ribus. Quarto pro omnibus fidelibus
defunctis. Non autem pro inimicis ſe
cũdũ quoſdam. Et hoc dico de illis de
quibus certũ eſt non recõciliati. deceſ-
ſerunt. quia pro illis nominatim non ẽ
orandum: imo nec gener aliter niſi ſub
cõditione inquantũ ſunt ſuſceptibiles
ſuffragij. Sequitur ſecunda memoria
Ipſis ⁊ omnibus in xpo requieſcenti-
bus. i. in fide xpi quieſcentibus locum
refrigerij lucis et pacis vt indulgeas de
precamur. Et non eſt opus dicere ipſis
dñe: quia pretermittit prius. Memen-
to dñe. vnde illud quod ſequitur. ſcꝫ in
dulgeas refertur ad illud dñe. alter vn
de illorũ ſuperflueret. ⁊ dicit locum re-
frigerij. vnde regnum celorũ dicit loc⁹
refrigerij reſpectu purgatorij qui eſt lo-
cus ardoris maximi ⁊ caloris. quia ſe-
cundũ Aug. ibi eſt pena maior ꝗ aliq̃
que poteſt excogitari in mundo. Dicit
etiam locum lucis. quia purgatorium
eſt locus obſcuritatis. Dicit etiam lo-
cum pacis; quia purgatorium eſt loc⁹
inquietudinis. quia nunq̃ anime hñt

pacem nec quietem. nõ ſicut quidã fin gunt dicentes eos feria ſecunda quieſcere: aliqui vero dñico die que oĩa ſunt friuola ac inſana ⁊ ſacris ſcripturis cõtraria. Sequitur. Nobis quoqꝫ peccatoribus. vbi petit glorie collationẽ viuis. Primo enim petit collationẽ eiuſdem glorie Secundo glorie ſocietatem cum ſãctis apoſtolis Tertio ponit mediatorem per quem hoc exequi poſtulat dicẽs. per dominũ ⁊c. Circa primũ nota qꝫ ſacerdos dicens iſta verba eleuata modicum voce tundit pecus ſuũ per quod interrumpit ſilentium. ſignificans per hoc confeſſionem et contritionem latronis penitentis in cruce: q̃ increpans alium dixit. Nos quidẽ. ſcꝫ tanquam peccatores digna factis recipim⁹. vnde ſacerdos dicit. Nobis quoqꝫ peccatoribus famulis tuis de multitudine miſerationum tuarum ſperãtibus. ſcꝫ ſicut ille latro ſperauit. Percuſſio autem pectoris ſignificat illam tunſionem pectoris illorum q̃ aderant ad ſpectaculum paſſionis chriſti ⁊ percutientes pectora reuertebãtur in hieruſalem. Exaltatio vero crucis ſignificat clamorem centurionis dicentis. Uere filius dei erat iſte. Sequitur partem aliquam et ſocietatẽ donare digneris. Licet tñ deus ſit ſimplex non hñs partes. tñ dicit partẽ aliquẽ. ꝓpter hoc qꝛ quilibet ſm meritũ habebit diuine faciei viſionẽ: ita qꝫ vn⁹ alio ꝑfectius videbit deũ. vel qꝛ ſcti videbũt deũ totũ: nõ tñ totaliter. i. non ſm oẽs modos q̃bus eſt viſibilis qꝛ eſt iñfinitus. ⁊ cũ cõprehẽdi nõ poſſit ergo quaſi partẽ dabit nobis. Totaliter aũt nõ eſt cõprehenſibilis de⁹ niſi filio ſuo q̃ eſt in ſinu ſuo. vt dr̃ Jo. j. Seq̄r. cũ Johẽ ſꝫ Berñ. de paratinis. ſ. iohẽ baptiſta. et prefert ſtephano. nec mirũ: qꝛ ⁊ apl'is ꝑfertur. Adiungit ſtephano: qꝛ iſti duo erãt primi martyres noui teſtamẽti. Inno. tñ dicit qꝫ hic repetit iohẽs euãgeliſta propter priuilegiũ virginitatis. qꝛ virgiẽs ſequunt agnum quocũqꝫ ierit. Ante vero cõſecrationẽ ponit ꝓpter priuilegiũ apoſtolat⁹. Sed credit Berñ. qꝫ meli⁹ intelligatur de baptiſta q̃ ꝓpter excellentiam ſingularis ſanctitatis non debet excludi a canone Poſtea ponũtur duo apoſtoli. ſ. mathia ⁊ barnaba: qui ideo poſt conſecrationem ⁊ nõ ante ponuntur quia iſti poſt aſcenſionem dñi fuerunt electi. Deĩde ponitur Ignatio de quo legitur qꝫ cum eſſet deuot⁹ chriſto ⁊ beate virgini: poſt eius mortẽ inuentum eſt hoc nomẽ ieſus aureis litteris ſcriptum in corde ſuo in omnib⁹ partibus. Ponuntur autem quinqꝫ martyres poſt mortem chriſti propter quinqꝫ vulnera chriſti. Item propter dona ſpiritusſancti ponuntur ſeptem virgines ibidem que ſequuntur.

Sequitur. Non eſtimator meriti: quia non ſcdm exigentiam meritorum retribuis: ſed magis premiando q̃ꝫ quiſqꝫ meruit. Deinde cõcluditur. per chriſtũ dominũ noſtrum. et nõ dr̃ amen. quia ſcdm doctores illud reſpondent angeli quia fit continuatio ad precedentia vnde ſtatim ſequitur in cuius virtute hoc petim⁹. cũ dr̃. ꝑ quẽ. ſcꝫ xp̄m hoc ſacrm hꝫ originẽ quo ad plura Et primo quo ad eſſe nature. vñ dr̃ creas. Scdo quo ad eſſe ſacramẽti. vñ dr̃ ſctificas. Tertio quo ad eſſe virtutis vñ dr̃ viuificas Quarto quo ad effectum gr̃e que eſt vita aie. vñ dr̃ benedicis Quinto quo ad augmentũ gr̃e eiuſdẽ. ⁊ quantũ ad operationẽ ⁊ vſum vñ dr̃. ⁊ preſtas nobis. Eſt ergo ſenſus. ꝑ quẽ. ſcꝫ xp̄m tu de⁹ pater oĩa bona creas cõdendo naturã. viuificas cõſubſtantiando naturã. benedicis accumulãdo gr̃aꝫ: ⁊ p̄ſtas quãtũ ad vſum. oĩa eñi creata ſunt ꝑ xp̄m

Joh.j. Oia ſanctificantur: quia a pleni
tudine eius accipiūt vniuerſi. Oia vi-
uunt. quia ipſe eſt vita. Joh.xiiij. Oia
bñdicuntur q2 ipſe eſt bñdictus fructꝰ
ventris. Luc.j. Et aliqui dicunt ꝑ quē
hec oia dñe ſemper bona creas. ⁊ eſt ſē-
ſus. hec omnia. ſcilicet panē ⁊ vinum ⁊
aquam creas ſcḋm cauſas primordia-
les ⁊c. ſc̄tificas ſecundū cauſas ſacra-
mentales. viuificas vt transſerantur ī
corpus chriſti ⁊ eius ſāguinem. ⁊ ideo
bñdicis vt nos per ipſa benedicamur.
Secundū alios hoc pronomen hec nō
ponitur ibi in quo ſequenda eſt cōſue-
tudo eccleſie. Sequitur. ⁊ pſtas nobis
vbi ſacerdos remouet corporale de ca-
lice ad denotandum ꝙ chriſtus emiſit
ſpm̄: ⁊ velum templi ſciſſum eſt: ⁊ aper
ta ſunt nobis abſcondita in lege myſte
ria. Accepta quoq3 hoſtia dicit: ⁊ pſtas
nobis per ipſū. ſcȝ tanq3 mediatorem.
et hic facit vnā crucem per totū os ca-
licis procedendo vltra calicem. vnde di
cit. ⁊ cum ipſo. ⁊ hic facit minorem cru
cem ſcilicȝ a labio calicis ad aliud poſt
hoc dicit ⁊ in ip̄o ⁊ hic facit adhuc mi-
norē crucē. ſcȝ in calice. Tandē ſubdit.
eſt tibi deo patri omnipotenti. vbi ite-
rum facit magnā crucem ſuper primū
labium calicis incipiendo ab extremo
calicis labio verſus ſeipſum. Deinde
ſubinfert. in vnitate ſpiritusſancti om
nis honor et gloria. ⁊ hic facit paruam
crucem in pedem calicis. Eſt autem ſē
ſus verborū. per ipſum tanquam me-
diatorem cum ip̄o tanquā cum equali
et in ipſo tanquam inconſubſtantiali.
Uel hic ſignificātur tres perſone ſan-
cte trinitatis vnde patri attribuitur au
ctoritas. vnde dicit per ipſū filio equa-
litas. ideo dr̄. cū ipſo ſpūiſcto communi-
tas. ideo dicitur in ipſo. Signa vero
crucis tria prius facta per illa verba ſā
ctificas ⁊c. que fiunt cooperto calice ſi-
gnāt tres crucifixiones ſecundū Tho.
Nā hora tertia crucifixus eſt liguis iu
deorum clamantiū crucifige ⁊c. Hora
ſexta manibus gētiliū: vt dicit Johan
nes. Hora nona emiſit ſpiritum Et q2
poſt interuallū triū horarū chriſtꝰ cru-
cifixus eſt manibus gētiliū. cum mili-
tes crucifigerent ieſū. ideo iterū ſacer-
dos facit tres cruces ſuper calicem diſ
coopertū ſup tribus verbis. ſ. ꝑ ipſū: cū
ipſo ⁊ in ipſo deſignās illam crucifixi-
onē que facta eſt poſt tres horas inter
poſitas inter tertiā et ſextā. Quia vero
ibi fuit diuiſio corporis ⁊ aīe. ideo ite2
facit duas cruces vt dictum eſt. Uel ſe
cundū Guil. mauitiū. tres cruces ꝑ il-
la verba ꝑ ipſū ⁊c. ſignificāt fidem cen
turionis qua credidit vnum deū ī trini
tate. Due vero alie ſignificant duo ſa-
cramēta que fluxerūt de latere xp̄i. vi-
delicet aqua regeneratōis baptiſmi et
ſāguis redēptionis generis hūani vel
ſignant quinq3 cruciatꝰ xp̄i ante mortē
tres ſcilicet alapas: ſputa ⁊ flagella. in
morte crucifixionem: et poſt mortē la-
teris apertionē. quarta v̄o ſignat aīe a
corpe ſeparationē. quīta deſcēſū in lim
bum. Sequitur per oīa ſcl'a ſeculorum
qḋ debet dici alta voce. Sed āteq3 hoc
dicat ponat reuerent hoſtia añ calicē ī
ſuo loco. Et tūc ſtatī dȝ cooperiri calix
quo facto. dicit per oīa ſecula ſeculorū.
Et hoc alta voce ad deſignādū ꝙ chri-
ſtus clamans alta voce emiſit ſpm̄. Et
rñdetur amē ad ſignificandū clamorē
mulierū lamentantiū dominū. vnde ⁊
tunc chorus lamētabiliter reſpondet.

## Quinta pars pricipalis miſſe

O Remus preceptis ſalutari
bus ⁊c. Hic ponit ſacramē
ti perceptionē Circa quam
premittuntur multe prepa
rationes. ſcȝ tam generales: vt ſunt pa

ter noſter &c. q̄ ſpeciales: vt alie oratio nes. dicit ergo. Oremus p̄ceptis ſalutaribus moniti Circa quod ſciendum ꝙ hec oratio pri⁹ non dicebatur i miſſa ſed Gregorius fecit eam dici quia non fuit dignum eam obmittere i hoc officio cum ſit noſtri ſaluatoris. Greci autem non per ſacerdotem ſed per ſe clamant eam in miſſa. Apud nos vero ſacerdotes. et hoc cum magna reuerentia vnde quaſi non preſumens ſubito ſubrumpere in eam premittit prefationem dicens. Oremus preceptis ſalutaribus moniti: non ſimpliciter non nr̄a auctoritate vel temeritate. ſʒ preceptis ſalutaribus moniti. preceptis ſcilicet. domini et moniti. ſcilicet magiſtri noſtri que ſunt ſalutaria id eſt ad ſalutem diſponentia: formati id eſt inſtructi intus & exterius. Et dicit formati que informatio ſignificat ſolum exteriorem doctrinam. Ad oſtendēdum autem ꝙ nos ſumus a deo formati id eſt inſtructi intus. ſcilicet in intentione. et extra id eſt in operatione. ideo dicit audem⁹ dicere: quaſi dicat. ex quo habem⁹ preceptum et monitionem de iſta oratione dicenda. et ex quo illa oratio eſt compoſita per illum qui errare non poteſt. ideo audemus cū fiducia dicere. Dicitur autē alte: q꞉ xp̄s palam predicauit. Vel ſm̄ Johannē beleth quia ſumpta eſt de euangelio quod eſt predicādum ſupra tecta & etiam omni creature. Dicit etiam ſacerdos ſolus in fine amen. ſub ſilentio. Cuius rō eſt quia in alijs orationib⁹ amē exprimit affectū optātis. ideo a populo vel a clero dr̄. in hac aūt amē ſignat concluſionē affirmantis. vn̄ hic valet tm̄. i. exaudita eſt oratio. Sʒ ne hoc videat̄ p̄ſumptuoſe aſſerere dicit amen ſub ſilentio ad euitandum oſtētationem ꝓpriam. Sequitur oratio. Libera nos q̄ſum⁹ dn̄e vbi petitur petitionū explicatio: quia enī in oratione tria mala petimus a nobis remoueri. ideo hic explicantur que ſint. vnde dicit. Libera nos q̄ſumus dn̄e ab oībus malis preteritis p̄ſentibus et futuris. Et quia nos nō ſumus digni hoc ex ſe promereri niſi donec nobis oratiōe beate virginis marie et apoſtolorū petri & pauli atq; andree & aliorū. ideo eos hic in auxilium imploramus. & rectus ordo eſt. ex quo enim pacē querimus a malis merito debet implorari virgo beata que eſt mater veri ſalomonis pacifici. ſ. xp̄i cum apl̄is tribus ſequētibus qui ſunt teſtes pacis. ſ. petrus paulus & andreas. et ponūtur ibi tres propt̄ ſpecialē rationeʒ. Nā petrus propt̄ p̄uilegiū p̄rogatiue dignitatis. paulus ꝓpt̄ priuilegiuʒ p̄dicatiōis & imenſi laboris. & ādreas ꝓpt̄ nimiū affectū cōcupite crucifixionis. Dicit̄ aūt ſub ſilētio illa orō: q̄a deſignat quietē triduanā i ſepulchro vbi tūc ſiluit a p̄dicatiōe. Cū aūt ſacerdos dicit. Da ꝓpicius pacē dn̄e in diebus nr̄is: accipit patenā de altari & oſculat̄ ſignū crucis faciēdo. p qd̄ deſignat̄ ꝙ ſum⁹ recōciliati deo p paſſionem xp̄i. Tandē ſacerdos in fine diſcooperit calicem & hoſtiā reuerēter accipit & eā ſuper calicem frāgit. primo per mediū & tunc dicit. per dn̄m nr̄m ieſum xp̄m filium tuum. poſtea medietatē que erat in dextera manu ponit ſup patenam & frangit illam que erat in ſiniſtra manu per medium dicens. qui tecum viuit & regnat. & coniungendo illam particulam que eſt in ſiniſtra ad illaʒ que eſt in patena ad modum lune dicit. in vnitate ſp̄uſſancti deus. Illam vero vltimam quam habet in dextera manu tenens ſuper calicem. dicit. per omnia ſcl'a ſeculorum. & tandē erecto modicū calice cum illa particula quaʒ tenet in

dextera manu ſubiūgit. pax dñi faciēs crucē magnam ſuper calicē a labio ad labiū deinde ſubdit ſit ſemper. faciens minorem crucem. tertio addit vobiſcū faciendo tertiam intra calicem. ⁊ qꝛ alta voce iſta fiunt ideo per hoc ſignatur gaudium quod habuerunt apoſtoli de reſurrectione dñi noſtri ieſu chriſti. et ideo quia gauiſi ſunt viſo dño, popul⁹ clamat dicēs. ⁊ cum ſpū tuo. Sciendū autem eſt de ſignificatione omniū iſtorū predictorū ꝙ per calicem paſſio xpi deſignatˀ ⁊ eterne beatitudinis fruitio. Unde pſalmiſta. Calix meus iebriās ꝙ̄ preclarus eſt. Per patene rotunditatē, ſignatur bonorū operū perfectio. Sacerdos autem volens frangere hoſtiam primo eam ſuper patenam locat deinde eam tollens ſuper calicem: frāgit ad ſignificandū: quia nemo paſſionibus huius mundi meritorie ſe valet exponere vel ad eterne fruitionis beatitudinem admitti: niſi prius in bonorū operū perfectione fuerit ſolidatus. Unde apoſtolus ephe. vj. Accipite armaturam fidei vt poſſitis reſiſtere in die malo et in omnibus perfecti ſtare. Patena ergo hoſtie ſupponitur: ⁊ hoſtia ſuper calicem frangitur: quia chriſtus ex latitudine charitatis que ſignificatur per patenā ſe ſuppoſuit paſſiōi Super calicem vero frangitur ne minutie aliqualiter ſpargantur. Frāgitur autem ī memoriam eius ꝙ xp̄s fregit et dedit diſcipulis ſuis ⁊c. Frangitˀ aūt primo in duas partes ad ſignificandū duplicem predeſtinatorum ſtatū ſcilicet eterne glorie ⁊ tp̄alis miſerie. Subdiuiditˀ aūt vna medietas in duas partes quarū vna offerˀ pro illis qui ſunt in purgatorio: alia pro illis q̄ ſunt ī mūdo. Pars aūt illa q̄ poſt primā fractionē remanet ī manu dextera et ponitur ſupra patenā deſignat illos qui iā ſunt in gloria: ⁊ iam tenent illam rectitudinez cui nulla obliquitas admiſceri poteſt: ⁊ ideo dextre cōparantur. Illi aūt qui adhuc ſunt in miſeria per ſiniſtrā ſignanˀ vbi ſunt multa obliqua. Subdiuiditur aūt illa que eſt in ſiniſtra et nō que eſt in dextera: qꝛ illi qui ſunt in celo ſtatum vniformē iam tenēt: ⁊ vna beatitudine fruūtur. Illi aūt qui ſunt in miſeria ſunt diuerſi ſeu diuiſi: quia quidā ſunt in miſeria purgatorij: quidā ſunt in miſeria huius mūdi. Particula aūt illa que eſt in ſiniſtra poſt diuiſionē additur ad illā que eſt in patena. Quia ſ͡m Augu. deus habet duas manus: dexteram qua miſerˀ: ⁊ ſiniſtram qua punit. Illis ergo qui ſunt ī purgatorio inquantū ibi purgātur reſpondet ſola punitio: et ideo particula que eſt in ſiniſtra manu tenerˀ illos figurate. Illi vo͛ qui adhuc ſunt in p̄ſenti vita in qua eſt ſtatus merēdi conſeq̄ poſſunt miſericordiā: ⁊ ideo ipſi per aliaz particulā que in manu dextera remanet deſignātur. Quia vo͛ abſq̄ dubio illi qui ſunt ī purgatorio cōiungentur eis qui ſunt in celo: ideo particula ſiniſtre manus cōiungitur illi que eſt in patena. Sed qꝛ illi qui ſunt in hac vita egēt multū paſſionis xpi: que ex effuſione ſanguinis eius ꝓceſſit: ideo particula q̄ in dextera manu remāſit q̄ ſignat illos qui ſunt in mundū: mittiˀ in ſanguinē xpi in calicē. Itē ſacerdos dicēs hec v͛ba tenet hoſtiā ſup̄ os calicis per qđ ſignatˀ ꝙ viuentes in corpore indigent miſericordia dei ⁊ meritis xpi paſſionis. Sacerdos aūt volēs dicere. per oīa ſecula ſeculorū erigit ſe ad ſignificandū ꝙ vult petere exiſtentiaz ꝑpetuā dñi nobiſcuz vn̄ ſubdit. Pax dñi ſit ſemp̄ vobiſcū: ad ſignificanduz ꝙ dñs poſt reſurrectionē pacez dedit. Sed ſciēdū ꝙ ſacerdos dicendo. p̄ oīa

ſcl'a ſeculorū eleuat modicū calicē ad ſignificandū pplo vt popl's pacē cōſiderās hoc intelligat ⁊ dicat amē. Particula aūt quā tūc ſup calicē tenet ſignificat ꝙ viuētes adhuc petūt iuuari merito paſſionis et effuſionis ſanguinis xpi. Itē per hoc ꝙ ſacerdos alte dicit. Pax dñi repſentat perſonaꝫ xpi: q̄ poſt reſurrectionē dixit aplis. Pax vobis q.d. Do vobis pacē pectoris in via et pacē eternitatis in patria. Eſt ergo ſēſus. Pax dñi.i.pax pectoris qđ eſt a vicijs ſit in pñti vobiſcuꝫ: et in futuro pax eternitatis. Ille aūt tres cruces ſuper ſanguinē xpi ſignificāt triduum ſepulture: vel tres mulieres que erāt circa monumentū xpi. Deinde ſacerdos mittens corpus xpi in ſanguinē dicit. Fiat hec cōmixtio corporis ⁊ ſāguinis dñi nři ieſu xpi mihi ⁊ oībus ſumentibus ſalus mētis ⁊ corporis: ⁊ ad capeſcendā vitā eternā p̄paratio ſalutaris q̄ cōmixtio ſignificat ꝙ aīa vnita ē corpori xpi in reſurrectione. Et bene hoc fit poſt Pax dñi: qꝛ poſtq̄ꝫ dñs pacificauit oīa q̄ in celo ⁊ in terra ſunt p̄mo vniuit aīam corpori. Hec oīa Guilhelmus. Deinde ſequit̄ agnus dei. Et ſciendū ꝙ anteq̄ꝫ dr̄ agnus dei fit modicum ſilentiū dicēdo hāc orōnem. Fiat hec cōmixtio ad deſignādū illud manifeſtum ſilētium aplorū qđ fuit ante reſurrectionē xpi āteq̄ꝫ ſcirēt apli: nec eſſent certificati poſtq̄ꝫ apparuit mulieribus. ſm Bern̄. de parātinis. Dicit̄ aūt xp̄s agnus qꝛ agnouit patrē ſibi obediendo. Itē matrē in cruce pendendo. Vel dr̄ ab agnon grece qđ eſt piuꝫ latine: qꝛ pie pro nobis ſe obtulit. Canitur autē tribus vicibꝰ propter tres rōnes ſm Inno. ſ. ꝑpter obedientiam prīs: ⁊ ꝑpt̄ noticiā matris ⁊ ꝑpt̄ redēptionē generis hūani. vl' ſm Rauaſi. dr̄ ter. ꝑpt̄ tres ꝑtes corporis xpi miſtici. ſcilicet in celo: in terra: ⁊ dormientium ſiue in purgatorio. Dicitur autem primo miſerere nobis: vltimo autē dona nobis pacem. ſm Thomam. Ratio eſt quia per prima duo petimus amotionem culpe et pene: per tertium autem. ſ. pacem petimus aſſecutioneꝫ omnis boni ⁊c. vel quia ipſe redemit nos a miſeria culpe ⁊ pene: ⁊ dedit plenitudinem gratie. Illud tamen dona nobis pacem additum eſt propter perſecutionem tyrannorum. Poſt hoc ſequitur oratio. Domine ieſu chriſte q̄ dixiſti apoſtolis tuis pacem meam do vobis ⁊c. vbi poſtq̄ꝫ ſacerdos venit ibi eamq̄ꝫ pacificare ⁊ adunare ⁊c. etiam oſculatur patenaꝫ in ſiniſtra parte ad ſignificandum ꝙ per hoc ſacramentū vult vniri xpo in charitate: poſtq̄ꝫ vero cōpleuerit verba oſculatur reliquias: vel crucē ſi habet: ſi nō habet oſculatur altare in dextera parte: quod fit ad ſignificandum antiquum ritū: vbi prius ſingulis diebus cōmunicabant ſed cum nec hoc potuit fieri ſine periculo ordinatum fuit: vt in tribus feſtiuitatibus cōmunicarēt. ſcilicet natiuitate: paſcha ⁊ penthecoſtē. Reliquis tamen diebus oſculum pacis reciperent ⁊ panem benedictum. Sed quia hoc fieri non poſſet in. xl. vbi nō poteſt ſumi panis benedictus ordinatū fuit vt pro eo fieret collecta i fine ſuper populum dicēdo inclinate capita veſtra deo. Et ſciendum ꝙ pax domini non datur in miſſa defunctorum: ſed dicitur dona eis requiem: quia mortui nō indigent pace temporali: quia nō ſunt in perturbatione huius mundi: vel qꝛ nō ſunt in pace ſꝫ in penis ſm Bern̄. de parantinis: ideo dicimus dona eis requiē. Aliqui autem dicunt in officio mortuorum: dona eis requiē ſempiternaꝫ ⁊ locū indulgētie. quod tamē diſſo

nat: q̄a ſibi nõ eſt locus indulgẽtiarũ. eo ꝙ illi qui ſunt in purgatorio ſunt extra locũ militãtis eccleſie vbi ſoluꝫ eſt locus merendi indulgẽtias: vnde q̄a illi qui ſunt in purgatorio nullo modo merẽtur eis ꝑ modum ſuffragij: vtiqꝫ ſatis improprie optatur locus indulgẽtie. Si tñ illud dictum intelligatur ſicut dona eis locũ indulgẽtie. i. locum in quo indultis culpis ⁊ penis eos recolloces. ſ. in celo: ⁊ tũc bene poteſt ſuſtineri. Item dicẽde ſunt ille tres orõnes. ſ. Dñe ieſu xpe fili dei viui: qui ex voluntate patris: ⁊ dirigitur ad filiuꝫ: et alie. ſ. Dñe ſancte pater oĩps eterne deus da mihi hoc corpus ⁊c. Et poſt hoc dicit. Dñe nõ ſum ⁊c. Deinde ſũpto corpore xpi ⁊ ſanguine abluat calicem primo: ⁊ ablutionẽ ſumat: ſecũdo abluat intus et etiam ſumat: qđ tñ in die natiuitatis xpi nullo modo facere debet quia tunc nullã ablutionem debet ſumere ſi vult aliã miſſam celebrare: ſed debet ablutionẽ dare cõmunicãtibus ſubditis vel reſeruet in vaſe mũdo. ſ. in ampulla ſi nõ habet calicem.

## Sexta pars miſſe.

Sexta pars miſſa eſt quantũ ad gratiarũ actiones que dr̄ cõmunio que fit in memoriam eius ꝙ ppl's olim ſingulis diebus cõmunicabat ſm Joh. beleth: vel ideo: vt ꝑ eam cõmunicemus deo ⁊ ſanctis. Dicitur etiaꝫ cõplenda: quia per eam cõpletur miſſa. Sed tñ cõplenda potius dicit̄ collecta poſt cõmunionẽ. Tot autẽ fieri debent complende quot ſunt orões ante epiſtolã ⁊ ſignificat gratiã ſubſequentẽ nobis neceſſariã: ⁊ dicitur in dextra parte cõuertẽdo librũ per quod ſignatur ꝙ adhuc in fine ſeculi iudei cõuertẽtur ad dexterã fidei qui nũc ſunt in ſiniſtra. Iuxta illud ad Ro. ix. Reliquie iſrael ſalue fient. Deinde ſacerdos oĩbus ꝑactis cõuertit ſe ad populum dicẽs dominus vobiſcũ. Ubi ſciendũ ꝙ ſacerdos ſalutat ppl'm ſepties in miſſa: primo ante primã collectã: ſecũdo ãte euãgelium: tertio poſt credo: quarto in principio prefationis: quinto poſt pax dñi: ſexto poſt cõiõnez: ſeptimo hic in fine miſſe ad ſignificanduꝫ ꝙ tunc eſt dñs nobiſcum qñ habemus ſeptiformem grãm ſpũſſancti. Deinde ſacerdos vertit ſe ad ppl'm cantans Ite miſſa eſt. ⁊ hoc tẽpore ſuo: cuius ſenſus eſt ſcđm Berñ. de parãtinis. ⁊ Joannẽ beleth. Ite ad propria q̄a miſſa eſt conſũmata: vel ite miſſa eſt. i. hoſtia conſũmata eſt: vel hoſtia ⁊ oblatio eſt miſſa igitur ſequimini ⁊ ite poſt eã. Iſte autem regreſſus a miſſa ad propria ſm Joannẽ beleth ſignificat regreſſum ppl'i iſrael de captiuitate babylonica cũ gratiarũ actione. ideo dr̄. Deo grãs. Dicit̄ auteꝫ ſemꝑ Ite miſſa eſt qñcunqꝫ Te deum laudamus dr̄. vel glĩa in excelſis. quãdo aũt nõ dicuntur: tunc dr̄. Benedicamus dño: et eſt ſumptũ de apl'o. vel de Judith. ca. vij. vbi dicunt captiui benedicamus dño. et eſt ſenſus referamus grãs vel laudes deo. ⁊ eſt vox humilior q̄ꝫ ite miſſa eſt. Et ideo vertit ſe ſacerdos ad ppl'm dicendo: bñdicamus ⁊c. ad ſignificandũ ꝙ nunq̄ꝫ debemus ceſſare referre grãs deo. Waldeñ. aũt ſuꝑ pſal'. xxvij. Berengariũ dicit inſtituiſſe ita dicendũ. benedicamus dñm ⁊ nõ dño. quia benedictio nõ fit ad vtilitatẽ dei: ſed ad noſtram. nos aũt dicimus indifferenter ꝙ vtrũqꝫ poteſt dici. Creatura nãqꝫ benedicit creature bonum optando: creatura autẽ creatorem dupliciter. ſ. laudando ⁊ bonuꝫ ei tribuendo. Creator autẽ creaturã bonum augendo. ⁊ hoc dupliciter: vel in

numero vel i merito. ſicut enim creſcit bonum ſic et merita. hec Walden̄. Sʒ Bern̄. de parātinis dat tres rationes. Prima qn̄ celebramus de ſāctis in celo dicimus. Ite miſſa eſt quaſi prouocantes populū. Ite. i. feſtinate illuc vbi illi ſunt. Qn̄ autem pro viuis in mūdo bn̄dicamus dn̄o: quia neſcimus an ſumus in gr̄a. ideo timere debemus ne effectus miſſe euaneſcat in nobis. Sʒ cū celebramus pro mortuis dicimus. Requieſcāt in pace. qꝛ eis hoc competit. His expeditis bn̄dicit populum ſacerdos dicēs. Celeſti bn̄dictione. Primo ſtans ante altare benedicit ſeipſū. deinde dicit reuertēdo ſe ad populum in dexteram partē altaris: ⁊ conſequēter ad populū in medio altaris. et filiꝰ. et vltimo redeundo: ⁊ ſpūſſanctꝰ amē. per quod deſignatur miſſio ſpūſſancti in apoſtolos licet aūt ſpiritusſāctus ibi tantum datus eſt: tamē quia tota trinitas miſſionem operata eſt ideo dicitur pr̄ ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſanctus. Poſt hec omnia ſacerdos flectendo ſe coram altari humiliter dicat. Placeat tibi ſācta trinitas obſequiū ⁊c. Et deinde hymnū triū puerorum cum pſalmis et orationibus cōſuetis. Contra hoc tamē multi ſacerdotes peccant qui non ſe flectūt dicentes iſtam orationem. Placeat tibi ſancta trinitas ⁊c. cum tamen flectere congruit pro eo ꝙ tūc gratiarū actiones referuntur ſancte trinitati pro beneficiis in miſſa exhibitis Et quod deterius eſt ꝙ aliqui obmittunt hāc orationē in quo grauiter peccant. Vn̄ legitur ꝙ quidam obſeſſus a demone poſtꝙ̄ adductus eſſet ad quendā ſacerdotē in eccleſia ille volens certificari a diabolo quid de eiꝰ vita ſentiret. queſiuit de ipſo quaſi de alio dicens. quid tibi videtur de Jacobo ſacerdote. Reſpondit demō. Olim fuit noſter ſed iam eſt dei. Deinde idem ſacerdos queſiuit de ſocio ſuo dicens. Quid tibi videtur de bartholomeo ſocio meo. Reſpōdit demon. ſi non ſubtraheret bonꝰ eſſet. Ille vero fuit valde admiratus ꝙ diceret eum furem cum tamen ſciret eum ſanctum hominē. Interrogauit igitur q̄d nā ſubtraheret Reſpondit demon ſubtrahit deo illam orationem poſt miſſā. Placeat tibi ⁊c. Quod multum nobis placet ⁊ deo maxime diſplicet. que omnia fuerūt ita comperta ſicut ille dixit ideo caueat ſacerdos ne aliquid obmittat quod eſt de cōſuetudine eccleſie circa miſſam obſeruandum.

## Cautele ſeruāde in celebratione miſſe.

SEquuntur cautele circa miſſam obſeruande. Et primo generales tā laycis ꝙ̄ clericis neceſſarie Prima igitur cautela generalis eſt: vt tā clerici ꝙ̄ layci eccleſiam precipue tp̄e celebratiōis miſſe humiliter ⁊ deuote frequētent et quieta ꝯuerſatiōe deo grata: atqꝫ inſpiciētibus placita, ꝑximū ſolū inſtruant. ſed ⁊ reficiāt. de emunitate ec. ca. decet domū. li. vj. Scd̄a vt audiētes miſſam quotiēs audierint a preſbytero dici nomē dn̄i nr̄i ieſu xp̄i flectāt genua: et caput inclinēt reuerēter. vt dr̄ ibidē. Tertia vt nulla ꝓphana ⁊ multo fortius feda colloquia ꝓferant vt ibidē pulchre dr̄. Quarto cauēat ne aliqs ante finem miſſe recedat ſine magna neceſſitate. Idem ſi exit de ſermone qd̄ ſi fecerit excōicet. maxime ſi hoc fecerit cōtēnēdo ſacerdotē predicantē tanꝙ̄ minus ſciētē. ſicut ſolēt facere quidā layci litterati dicendo. quid audirē iſtū ribaldū cū ego plus ſcio de ſcriptura ꝙ̄ ipſe. Contra quos eſt canon. xxxvij. di. ſedule. et c. cum ex iniuncto. de hereticis. vbi ta-

lia prohibetur. Sed quod tales poſſēt excōicari habes expreſſe de conſe. di. j. vbi ſic dicit. Omnes fideles qui cōueniunt in ſolēnitatibus ſacris ad eccleſiam ⁊ ſcripturas apoſtolorū ac euangeliū audiāt. Qui aūt nō perſeuerauerint in oratiōe vſqꝫ dum miſſa peragatur nec ſanctā cōionem ꝯcipiunt velut inquietudines eccleſie ꝯmouentes cō uenit cōione priuari. Et iſte eſt canon apoſtolorū. Et ibidē in ꝯcilio carthaginēſi dr̄. Sacerdote in eccleſia verbum dei ꝓponēte qui egreſſus fuerit de auditorio excōicetur. Et ex cōcilio agatēſi ibidē habetur Miſſas die dn̄ico ſecularibus totas audire ſpāli ordine precipim⁹: ita vt ante ſacerdotis benedictionem egredi populus nō preſumat. qḋ ſi fecerit ab epō publice confundat vbi dicit glo. hoc dicto preceptū eſſe Unde cōtra preceptū faciunt qui diebus dn̄icis miſſam non audiūt. Hoc etiam eſt contra illos qui venientes ad miſſam non audiunt quid ibi legitur aut predicatur: ſed circūeunt eccleſiā ſicut iudei ſynagogā cū tn̄ dicatur in p̄s. Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Et de talibus pōt dici illud p̄s. In circuitū impij ambulant. Cōtra quos expreſſe eſt canon Anaſtaſij pape. de cōſe. di. j. apl'icā. vbi dicit ꝙ cū legit euangeliū nō ſedētes nec ſtantes: ſed curui debem⁹ audire. Si autē ſeſſio prohibet multo magis diſcurſus ⁊ circuitus. Hoc idē habes in. c. quādo autem ibidē. vbi Cyprianus dicit eſſe ſtandū ad oratiōnē ⁊ vigilandū ⁊ incūbendū ad preces toto corde: neqꝫ aliquid carnalis hominis ⁊ ſecularis eſſe cogitandū. O ſi prohibetur carnalis cogitatio q̄to plus carnalis locutio et confabulatio. Quinto caueat laycus ne vacuus die feſtiuo ad miſſam veniat de cōſe. di. j. oēs chriſtiani. Quia ſcriptum eſt. Nō apparebis in conſpectu dei vacuus hoc tn̄ eſt conſilium ſcdm̄ glo. ibidē diebus priuatis ſed diebus feſtiuis videtur eſſe preceptum. Unde videtur ꝙ oblatiōes ſint exigende: et ꝙ parrochiani ſint ad eas cogēdi. vt. xvj. q. j. ſtatuimus Eſt tamē argumentū cōtra. xij. q. j. duo. Dicit tn̄ glo. i. c. oēs xpiani. vbi. ſ. ꝙ ſi ſacerdos eſt pauper poteſt diuia ſubtrahere parrochianis niſi dēt. vt de ſymonia. c. cū ſit. Sexto caueat quilibet ne alibi niſi in propria parrochia die feſtiuo miſſā audiat: alias poterit excommunicari. vt de parrochijs. c. j. Septimo caueat quiſqꝫ ne audiendo miſſam prope altare nimis appropinquet vt de vita ⁊ honeſtate clericorum. c. j. Et iſta ſunt intimāda populo ſepius: vt debita reuerētia circa ſacra eccleſiaſtica habeatur.

SEquuntur nunc cautele clericis neceſſarie. Et primo caueat ſacerdos ne in veſtibus vel ornamētis ſordidis celebret: ſed ornamenta predicta iuxta meliorē diſpoſitionem mūdet: et iuxta facultatem bonorum eccleſie meliora que poterit cōparet. Unde dicit. Stephanus epus familiari amico hylario ꝙ veſtimēta eccleſie quelibet dūmodo miniſtrant ſacramenta debent eſſe mūda et honeſta. Hoc eſt contra illos qui de bonis eccleſie comparant eis tunicas pro decē marcis et ornamentū pro miſſa pro media marca aut ſexagena. Nec debent in alijs q̄ꝫ aureis vel argēteis calicib⁹ celebrare permittit tamē canon ſtagneum habere calicem propter paupertatem. de conſe. diſtin. j. calix. Secundo caueat ne plures miſſas celebret preter diem natiuitatis chriſti vbi tres celebrantur et ſine neceſſitate magna. Et hoc fit in ſtis caſibus vt ſi poſt miſſam celebratam de die occurrit funus tunc in prima miſſa non ſu-

mendo aquã ablutionis poteſt poſtea celebrare requiem. Itez ſi occurreret hoſpes magnus vt prīceps: vel magnus dñs qui non audiuit miſſam. Itē ſi occurrerint ſpōſi volētes audire miſſam Itez ſi aliquis habuerint plures eccleſias propter paupertatem vni cōmendātas. Item ſi superuenerint peregrini: adhibita ſemper p̄dicta cautela ne aqua ablutionis prioris miſſe ſumatur: de his habemus. c. primo. de cele. miſ. c. conſuluiſti. Dicit tamen Franciſcus de Sarabellis. ibidem ꝙ hoc eſt fugiēdū niſi neceſſitas ſuaderet. Tertio caueat celebrans ne ſine lumine et campana celebret. vt de cele. miſ. c. primo. qui xp̄us cādor eſt lucis eterne. vt ibidem dicitur in. c. ſane. Quarto caueat ne plus ponat de aqua q̄ȝ de vino qꝛ dicit Jo. an. in. c. perniciosus. de cele. miſ. ꝙ credere debemꝰ ꝙ de latere xp̄i maior quantitas exiuit ſanguinis q̄ȝ aque: vt dicitur in. c. iij. ibidem. Quinto caueat ille qui ſolus eſt in eccleſia ne propter miſſam peculiarē. i. priuatam ſeu ex deuotione celebrandā obmittat miſſam de die. vt dicitur in. c. quidam. de cele. miſ. Sexto caueat ne legat miſſam ad alicuius petitiōes propter hoc ꝙ haberet bonos ſegetes. velut ſibi in haſtiludio bene ſuccederet: qꝛ iſta ſm Inno. reprehenduntur. in. c. quidā. de cele. miſ. Multo fortius aūt caueat ne legat miſſam vt deus aliquos ꝑdat: qꝛ talis grauiter peccat. Eſt deponēdus ſm Joan. and. in. c. quidam. vbi ſupra. pro quo allegat. xxvi. q. v. quicūqȝ. Septimo caueat ne nimis mane celebret ſ. ante diem: qꝛ ſm ſanctuz Tho. iſtud ſacramentum pertinet ad diē gratie ſicut dicit apoſtolus Ro. xiij. Nox preceſſit ⁊c. contra illos qui canunt. Rorate ante diem cū tamen in aurora cantari debet. Excipitur tamē natiuitas xp̄i in qua canitur miſſa poſt medium noctis: que ſignificat ſtatum ante legem qui fuit in tenebris: vt dicit glo. de celebra. miſſa. Veruntamen epiſcopis cōceſſum eſt: vt videtur ſm Joan. an. qui ſunt in via ꝙ poſſunt maturius q̄ȝ alij audire: vt de priuil. ca. xl. lib. vj. Octauo caueat ne legat q̄s miſſam niſi poſt matutinum primā ⁊ tertiam. Ideo ex quo hora tertia dicitur paſſus ⁊ crucifixus linguis iudeorū: videtur ꝙ tunc eſt hora cōueniens celebrandi: ſm doctores modernos.

## ¶ De dicēdis horis cāonicis.

OPortet ſemꝑ orare. Luce. xviij. Sicut dicit Hēricus de vrimaria de perfectione iterioris hoīs. li. ix. c. j. Cuiuſlibet iuſti hominis ſui cordiſqȝ perfectio ad iugem ⁊ indiſruptam orationis perſeuerātiam tendit. Et quantuȝ humane fragilitati conceditur. ad continuam tranquillitatem mētis niti debet ⁊ ad eius perpetuam puritatem: propter quam poſſidendam ⁊ omnem laborem corporis ⁊ contritionem ſpiritus indefeſſe querimus ⁊ iugiter exercemus: ⁊ ſicut ad orationis perfectionem tendit ſtructura virtutum: ſic nec ipſe virtutes abſqȝ orationis iugitate ⁊ perſeuerētia poſſunt compleri. Quocirca ſaluator noſter nos ammonēs vt hanc perſeuerantiā orandi teneamus dicit. Oportet ſemper orare. Nō eſt autem intelligendū ꝙ homo ſic quotidie debeat orare vt nec dormiat nec comedat vel nec laboret: ſed ꝙ inſtāter temporibus congruis oret. Vn̄ lyra dicit ſuper lucā ſuper loco thematis noſtri: ꝙ hec dictio ſemper non importat continuitatez temporis: qꝛ oportet orationem interrumpi tēpore dormitionis ⁊ aliquarū aliarū neceſſitatū: ſed impor

tat cōſtantiā ſiue inſiſtentiā orationis tēporib⁹ ⁊ horis ad hoc cōgruis. Hic dicit Beda ſuper locū iſtū. Dicēdum eſt eum ſemper orare ⁊ nō deficere qui canonicis horis rogare non deſiſtit. Pro quo facit illud quod in collationibus patruꝫ legitur de abbate Lucio qui iactitātes quoſdam monachos ꝙ ſine intermiſſione orarent et nullum aliud opus facerent corripiens dicit. Quando manducatis et bibitis quis pro vobis orat: quo audito illi obmutuerunt. Ille vero conſequēter ſubiunxit. Ego oſtendam vobis quia operās manibus meis ſine intermiſſiōe oro. Sedeo enim iuuante deo infundens mihi paucas palmulas ⁊ facio ex eis plectā ⁊ dico. Miſerere mei de⁹ noſter ⁊c. Et illas plectas vendēs ꝑ ſedecim nūmis duos pono ante oſtiuꝫ domus ⁊ qui recipit orat ꝓ me tēpore quo ego manduco vel dormio: atqꝫ ita implet᷑ a me ꝙ ſine intermiſſiōe oro. Iſte pater laborioſus nihil aliud ſignificabat niſi ſtatū laicalē operoſū ⁊ manu ali labore inſudantē. qui vt dicit Hoſti. Nō valens cōtinuis tēporibus orationib⁹ vacare laborat manualr̄ ⁊ corporaliter de labore ſuo bona tēporalia: poſſeſſiōes: oblationes: ⁊ multiplices redditus et prouētus pſonis ſpūalibus perſoluit: hac itaqꝫ intētione vt eo deficiente vel deſiſtente a iugi oratione ſpūales deū exorent: vt ſic ſemꝑ orare videat᷑. Qui quidē ſtatus ſpiritualis ſemper orare dicitur cum horis tam nocte ꝙ̄ die cōpetenter diſtinctis ſeptem vicibus horas canonicas perſoluit: qua ratiōe iura canonica dictum ſeptē horarum canonicarum officium penſum ſeruitutis appellant. vt in. c. j. de cele. miſ. Ex quo patet totum clerum in ſacris inſtitutuꝫ obligari ad horas canonicas ſingulis diebus dicēdas. Circa quorum conſiderationem: vt facilius memorie cōmendentur que ſequuntur ponunt᷑ aliqua dubia per queſtiūculas breuiſſimas cū ſolutionib⁹ earūdem. Et primo queritur an omnes clerici i ſacris inſtituti tam bn̄ficiati ꝙ̄ nō beneficiati ad horas canonicas teneātur. Et dicendū eſt ꝫm Jo. an. in. c. j. de cele. miſ. et i gloſa. vj. cle. j. de cele. miſ. ꝙ ſic. Idē notat archid. xci. di. eleuterius vbi ipe dat huius dicti rationē dicēs. quia ordini ſacro officiū eſt annexū: vnde ſubdiacono dicit᷑ in ordinatione ſua vide ſi hactenus fuiſti ad eccleſiā tardus mō ſis velox ſi ſomnolētus modo ſis vigilans. Et ſi dicitur tamē forte nō habet beneficium de quo ſeruiat. Rn̄deo ꝙ imputetur ſibi ⁊ epo qui eum ſine titulo ordinauit. Ueruntamē dicit archi. xcij. di. in. ca. ſi quis preſbyter. ꝙ licet quia ſponte ordinem accipiēs ſe huic neceſſitati ſupponit: non tn̄ tenetur intereſſe eccleſiaſticis officijs ſicut ille q̄ eſt ad hoc deputatus ꝫm Hugo. qui etiā credit ꝙ is qui non eſt alicuius eccleſie clericus debet cogi intereſſe diuinis officijs: ⁊ hoc ſi cōmode poteſt intereſſe. Secundo queritur quid ſi clericus beneficiatus neſcit horas legere. Rn̄deo non excuſatur quia debet ſcire legere: alias priuatur beneficio: cuꝫ tales habere debent cōpetentē conſcientiam. vt dicit᷑ in. c. cū in cunctis. de electione. Cōpetens autē ſcientia ꝫm Archid. xxxvj. di. Illiteratos. eſt vt ſciat canones penitentiales: pſalteriū: omelias: ⁊ huiuſmodi. xxiij. di. ca. qui eps immo dicit Hugo. lxxxv. di. i. c. archi. et in. c. omnes. xxxviij. di. Non ſolum requiritur ꝙ ſacerdos ſciat in libro legere perfecte: ſed etiam debet corde tenus pro maiori parte ſcire pſalterium Ueruntamen dicit Inno. ꝙ licet clericus cantans cum alijs non oīa intelli

git que canuntur:tñ non peccat morta liter dũmodo cor ſuũ ſurſuz ad deũ ha beat culpã dicens. Eſt tamen clericus ſi iſta cõmunia ignorat q̃ ad eius offi- cium ſpectãt ꝑm Hoſti. de qualitate ⁊ etate ordinandorũ.cã te ⁊c. Tertio q̃ri tur quid ſi aliq̃s puer maior ſeptẽnio ex diſpenſatione obtinet beneficiũ nõ curatuz ⁊ neſcit horas legere. Rñdeo poteſt cũ eo epus diſpenſare ex cauſa neceſſaria vl' vtili:vt aliquas alias ora tiones loco horarũ dicat:ratio magiſtri Stanislai deſcabinũ dñi mei in quã dam poſitione ſua eſt:q2 ex quo diſpẽ- ſat epiſcopus in pricipali ſcilicet in be- neficio. diſpenſare poteſt ⁊ in acceſſo- rio.ſ.officio. Quarto queritur quidſi quis eſt infirmus. Reſpondeo ꝑm In no.de cele.miſ.c.j.ſi eſt talis ĩfirmitas que impedit a dicendo vel audiẽdo ho ras excuſatur infirm⁹:nec tenetur po- ſtea aliquid dicere:nec pro iſto penite- re:quia neceſſitas legem non habet. de obſeruatione ieiuniorum.conſilium. Secus eſt ſecundũ Hoſti.ſi eſt aliqua infirmitas que ſolum impediret dice- re:ſed non audire:tunc enim ſacerdos debet aliquem alium coram ipſo legẽ- tem audire ſi eum habere poteſt. Uel ſi eſt ĩfirmitas lenis ſicut vetus.quar tana.in qua etiam ſua negocia procu- raret.tũc oẽs horas legere tenetur ⁊c. Quinto queritur quid de illo qui ami- ſit librum in via eundo. Reſpondeo ꝙ ſi caſu hoc accidit poteſt excuſari pro illa vice ab horis:ſed nihilominus di- cat illa que ſcit.puta orationes vel pa- ter noſter ne vacet ocio. Ratio hui⁹ di cti quare iſti non imputatur:q2 per eũ non ſtat.ergo ſibi non debet imputari ex regula iuris li.vj. Quod ꝑ me. Sex to queritur an clericus beneficiat⁹ in ſcolis ſtans de licentia eſpiſcopi vel pe regrinans ad curiam excuſatur ab ho ris canonicis dicendis. Reſpondeo li- cet aliqui dicunt ꝙ tales excuſantur ſi per alios loco ſui in eccleſijs conſtitu- tos cõpleantur:⁊ hoc ſi eſt clericus be neficiatus in minoribus conſtitutus prout recitat archi.xcj.di. Eleutheri⁹ allegando dictum abbatis ⁊ Petri de ſamprana de cele.miſ.c.j. Tu dicas au dacter ꝙ talis clericus ſiue ſit benefi- ciatus ſiue nondum ſit in maioribus cõſtitutus ſiue in minoribus.nec pro- pter ſtudiuz nec propter laborem pere grinationis ab horis canonicis excu- ſatur.nec archiepſ nec epſ poſſit ſup his diſpenſare:aut in aliud cõmutare. Nec abbas cum monacho propter ſtu dium ita ſcribit archid.in dicto.c.eleu therius.⁊ Raymundus in ſũma:in ti tulo de officijs clericorum.c.nunquid ⁊ ſequẽtibus. Ex his omnibus ſumi- tur iſtud documentũ ꝙ obmittens ho ras ex voluntate:aut ex accurata negli gentia peccat mortaliter. Tenetur etiã eas reſumere vel diſpenſatiue in alio genere ſatiſfactionis recõpenſare. Ra tio q2 ex quo talis ſoluere tenetur ⁊ nõ ſoluit.neceſſe eſt vt ſoluat. Uerũtamẽ ſi fieret multitudo negligẽtiarũ poteſt diſpenſari ſecum vt alio die ſecus non faciet:niſi ſatiſfaciet.vt dicit. Jo.an.in c.dolentes.⁊ Inno.in.c.j.de cele.miſ. Et idẽ dicit Hoſti.ꝙ ſi eſt tãta diuerſa rum horarum negligentia ꝙ quaſi im poſſibile eſt eas redicere cõmutetur in aliã penitẽtiaz. Septimo querit an ille qui ex occupatiõe liciti opis vt q2 mul tũ ſcripſit vel audiuit confeſſiones vel aliud fecit per qḋ neglexit horas mor- taliter peccet? Rñdeo non q2 talis per ignorantiã probabilẽ excuſatur.de cle rico excõicato miniſtrante.apoſtolica. Octauo queritur an tot quis pctã cõ- mittit mortalia quot horas vnius diei obmiſit vel neglexit. Rñdeo ꝙ licet

officiũ totum vnius diei ſit quoddã totũ integratũ ex ſuis ꝑtibus ⁊ vno ꝑcepto ꝑcipiat. ⁊ per conſequẽs trãſgrediẽns oẽs ſimul vna die non peccat niſi vno pctõ mortali. tñ ſi qs negligit vnã horã: vt puta primã vel tertiã ⁊c. ⁊ alias cõplet etiã peccat mortaliter: ſed nõ ita grauiter ſicut omittẽs vel negligẽs oñs horas. vñ vnũ peccatũ mortale eſt grauius alio. Eſt autẽ veritas ꝙ ꝑ negligẽtia horarũ vnius diei integre incurrit quis mortale grauius ꝙ̃ pro negligentia vnius hore canonice diei illius Ratio qꝛ maior eſt contemptus diuine laudis ĩ toto ꝙ̃ in parte. Nono queritur an attentio mentis in horis ſit neceſſaria. Rñdeo ſm Tho. ſecunda ſcõe. q. lxxxiij. ꝙ duplex eſt attentio vna que attenditur ad verba ne quis in eis erret. Scđa qua attenditur ad finem orationis. ſ. ad deũ ⁊ ad rem pro qua oratur. que quidẽ maxime eſt neceſſaria. Et hanc etiam ydiote poſſunt habere. Quando ergo euagatio mẽtis fit in oratione ex ꝓpoſito eſt pctm̃ mortale ⁊ impedit orationis fructũ. vnde precipitur clericis vt officium diuinũ ꝙ̃tum deus dederit ſtudioſe celebrent pariter ⁊ deuote. de cele. miſ. dolentes. Hoc autem contingit qñ hore canonice tranſcurruntur ⁊ ſincopãtur. vel extranea ⁊ prophana: vana ⁊ inhoneſta colloquia intermiſcentur. vt dicitur ex cõcilio ꝑmo vieñ. de cele. miſ. graui. in cle. Euagatio tamen que fit preter intentionẽ orationis fructum non tollit quia dicit Baſilius ꝙ cum homo ex fragilitate nequit orare attente deus illud ignoſcit vnde dicit glo. v. in cle. graui ꝑmo allegata ꝙ in tali caſu ſatis eſt ex labijs ſuis ſeruire deo in diuinis officijs. licet cor diuertat ad alia: ſm Inno. ⁊ Hoſt. de cele. miſ. in ca. dolentes qui tenent ꝙ talis non peccat mortaliter maxime cogitando ſpũale quid vel tẽporale qđ de ſui natura non ſit malũ ſicut ille qui in veſperis cogitat de ſermone faciẽdo poſt veſperas precipue ſi eſſet fatigatus. de quo per Tho. iiij. ſniarũ di. xv. Ex quibus oĩbus infertur ꝙ ſi ſubeſt neceſſitas q̃ dilationem non capit poſſunt licite tunc alia negocia expediri. Secũdo infertur ꝙ ſi qs ſtudioſe incipit legere horas ⁊ tandem in medio errat: ſed in fine ſe recolligit: merito non fruſtratur apud deũ. Ratio quia non ſemper requiritur intentio per actus eſſentiales. Nam propheta dauid de ſe dixit. Cor meum dereliquit me. ꝑs. xxxix. Satis eñ eſt ꝙ maneat per virtutem quod fit quando cũ bona intentione quis accedit ad orandum. licet in proſecutione mẽs ad alia rapiatur. Semper enim vis prime intentionis manet: niſi tanta eſſet euagatio ꝙ attentio omnino periret. Et tunc notũ eſt quod dicit Cyprianus li. vj. de oratione dominica. Ut quid audiri poſtulas a deo: cum teipſum non audis. Et caſſianus dicit. Nunquid orat etiã quiſꝗ flexis genibus ſi per diuagationẽ diſtrahitur. Hec in gloſa magna in clemen. Si dñm de reliquijs ⁊ veneratione ſanctorum. Ex quo patet ꝙ hic ſolum neglĩgẽtia accurata ⁊ craſſa damnatur ſm Innocentiũ in ca. dolentes. Decimo queritur quid de illo q̃ non interfuit principio hore alicuius: vt qꝛ neglexit: ſed non malicioſe: quia forte pulſum tã cito non audiuit vt ſic induatur. Nunqđ ille debet principiũ repetere? Rñdeo ꝙ non oportet a capite incipere: niſi magnam ꝑtem omitteret: quia tunc deberet repetendo adimplere ſm Inno. Et ſimiliter dico de fine hore: ſi aliqs ex neceſſitate exit chorũ tunc eñ reſiduũ ſupplef ꝑ alios: qꝛ oẽs ſunt vnũ corpus in dño. de cõſtitu

tionibus.cū oēs. Undecimo queritur an ſi obmiſſus vel neglectus eſt vnus pſalmus debeat fieri repetitio in choro Reſpōdeo ſcd̄m Inno.ꝙ non eſt tāta obmiſſio pſalmi vnius ꝙ deberet repeti ſi ſcādalum in populo immineret. Unde melius eſt obmittere et non repetere propter ſcandalum populi quia merito dicerent. Ecce clerici noſtri aut ſuffuſi ſunt aut ignari neſcientes quid cantandum ſit. Ex quo dicto arguendi ſunt illi cauillatores non cantores chori qui propter vnum accentum aut tonum variatum vel erratum faciunt ſilentium. quod tamen ſepe contingit et male. ꝛ iterum reincipiunt:qui potius dicendi ſunt diuinorum turbatores ꝙ̄ cantores. Uerūtamen vbi hec ſine ſcādalo fierent. vt ſi populus deeſſet melius fit repetitio pſalmi quaꝫ obmiſſio ſcd̄m Joh.and.in.c.dolentes. Duodecimo queritur an degradatus ab ordine ſuſpenſus et excōmunicatus:et quilibet criminoſus teneatur ad horas canonicas: Reſpondeo ꝙ ſic ꝙ̄diu tolleratur ab eccleſia. patet ꝙ nō debet eſſe melioris conditionis malus ꝙ̄ bonus Si ergo bonꝰ obligatur multomagis malus Unde licet iſti amiſerunt honorem non tamen onus. alias ex malicia cōmodum reportant tales. tamen i horis non debēt dicere dn̄s vobiſcum ꝛc. Tredecimo queritur vtrum quis habens plura beneficia in pluribus eccleſijs debet plures dicere horas: Reſpōdeo non ſed ſolum ſimplices. Nec obſtat illud Greg. Cum creſcunt dona:rationes etiam creſcūt donorū. Illud.n. fit ꝓpter impoſſibilitatem facti ad qd̄ nemo obligatur. videant tn̄ tales ꝗ diuites ſūt. quia tales occupant ꝛ ſubtrahunt alijs pauperibus neceſſaria: vt i alijs bonis operibus recompenſēt. Et debet dicere illius eccleſie horas i qua maiorem habet gradum dignitatis vł officium. vt ſi es decanus in vna et in alia canonicus: dicas illius eccleſie horas vbi habes decanatum. vnde quia laudes dat vt vnꝰ homo:ideo ſimplas non duplas horas tenetur dicere. Si eccleſie diuerſe ſunt eiuſdem dignitatis:vel aliqualia beneficia habet in diuerſis:tunc ſi eſt ab vtraqꝫ eccleſia abſens eligat quod officium voluerit. Si tamen habet eccleſiam parrochialē in vna dioceſi et in alio prebendam dicat horas ſecundum eccleſie parrochialis conſuetudinem ꝛc. pro quo facit illud Ambro.ad quācūqꝫ eccleſiā deueneris eiuſdē morem ſerua.xij.di.illa. Ex quo infertur ſcd̄m guilhelmū laudū̄. in.c. dignemini de cele. miſ. in cle. ꝙ aduene comedentes carnes vel alia quarta feria vel ſabbato die in loco vbi non eſt conſuetudo peccarēt. licet in patria ſua comedatur de conſuetudine. Ratio qꝛ dꝫ ſe cōformare his cū quibꝰ cōuerſaƚ. xij.di.ca.j. et de ſtatu regularium. c.ij. Quartodecimo queriƚ vtrū monachꝰ exiſtēs prelatꝰ eccleſie ſecularis reget eā in horis ſcd̄m cōſuetudinē illiꝰ eccleſie vel ſcd̄m officiū monachale: Rn̄detur ſm Jo.an.in cle.de cele.miſ.in.ꝟ.licite ꝙ non reget ſcd̄m monachale officiū ſed ſm clericale. Hoc dicit placere Jo.xvj.q.j.c.iij. Goffre.de ſtatu monachorum in ſūma.c.ſed nunqd̄.ꝛ Hoſt. in ſumma eiuſdē.c.ij. Quintodecimo queritur que ſit competēs hora ꝑ qualibet hora canonica regulariter dicēda Reſpondeo ꝙ ſeptē ſunt hore canonice.ſ.matutinum prima.tertia.ſexta.nona.veſpere. ꝛ cōpletoriū.vt in.c.j.de cele.miſ.xc.di.presbyter. Et ſūt iſte hore inſtitute in memoriā paſſiōis xp̄i. Nā matutinū ſignificat detētionē xp̄i que fuit poſt cenā in media nocte. Cū tali hora dꝫ q̄libet dicere matutinū vt ei cō

ueniat illud. Media nocte ſurgebā ad cōfitēdum tibi. Tho. tñ dicit ꝙ ſufficit matutinum dicere poſt tres partes noctis. i. ante aurorā. ⁊ hoc hodie approbaꝛ quaſi ꝑ oēs doctores. Nō tñ cōtra multos eſt q̇ cōſūpta nocte in potatiōe gula et ebrietate nō niſi clara die dicūt matutinū. quos arguit illud ꝓpheticū Ubi eras cum me laudarent aſtra matutina. Contra quos eſt decre. de cele. miſ. dolentes. vbi dicitur ꝙ tales circa comeſſationes ſuperfluas ⁊ cōfabulationes illicitas. vt de alijs taceam fere medietatē noctis expendunt. ⁊ ſomno reſiduum relinquentes vix ad diuturnum concentū animū excitāt tranſcurrentes vndiq3 continua ſincopa matutinū. Prima vero canitur in aurora orto ſole in memoriā reſurrectionis chriſti qui tunc dicitur ſurrexiſſe q̄ntum ad noticiam mulierum: que orto ſole venerunt ad monumentū. Prima etiā hora viſus eſt in littore poſt reſurrectionē Prima hora conduxit procurator vinee operarios. Math. xx. et ſignificat laudem hoīs quam deo in puericia impendit. Tertia canitur in memoriam ſue crucifixionis. quia tunc eſt ore blaſphemātium ⁊ accuſantium iudeorum crucifixus. Tunc etiam ſpiritumſanctum miſit apoſtolis. Et ſignificat laudem hominis in adoleſcētia. Sexta caniꝛ in memoriale corporalis paſſionis tūc enim tenebre facte ſunt a ſexta hora vſq3 ad nonam. Eadem hora diſcubuit cū diſcipulis in aſcenſione. Et ſignat laudē hominis in iuuentute. Nona caniꝛ quia tunc chriſtus emiſit ſpm et latus ei⁹ fuit perforatū. Uñ ꝓfluxerunt ſacra. ſ. ſanguis in redemptionē ⁊ aqua in ablutionē. Et ſignat laudē hominis in virilitate. Ueſpere dicunꝛ in memoriā depoſitiōis xp̄i de cruce. Et ſignificat laudē hoīs in ſenectute. Cōpletoriū aūt caniꝛ in memoriā ſepulture chriſti. Et ſignificat laudē hominis in decrepita. Uñ verſus. In matutino damnatur tēpore chriſtus. Quādo ſurrexit primā canit ordo fidelis. Tertia cū caniꝛ tunc eſt cruciamina paſſ⁹. Tenebre ſunt ſexta ꝑ mūdi climata facte. Emiſſus nona diuinus ſpiritus hora. Ueſpere claudūtur xp̄i membra ſepulchro Chriſto biſſena cuſtodia ponitur hora. Quāuis autē horis cōpetētibus et diſtictis hore canonice ī eccleſijs cathedralibus vel collegiatis regulariter ſunt cōplēde pōt tñ in horis canonicis dicēdis ex cauſa rationabili: vt q2 plebanus h3 viſitare infirmos ⁊ eos procurare ſacramētis: vel h3 audire ꝯfeſſiones. ⁊ cum hoc aſpicere licitos labores corporales oēs horas incluſiue dicere etiā ante diem. Similiter qui habet predicare vel aliquid legere ī facultate vtili ſcholaribus poteſt etiā ſimul ante diem oēs complere. Qui vero hoc facit cauſa laſciuie: vt ſc3 expeditis horis ante diem ī die liberius vacet ocio et vanitatibus ſeculi non poteſt hoc facere ſine peccato ſcd̄m Tho. in quodā quodlibeto. Sunt etiam aliqui qui ante medium noctis omnes horas euadunt. Et hi ſimiliter peccant cū adhuc non ſunt digeſti: vt legitur in vitas patrū. ꝙ quidam pater quādo orabat valde mane angelus ſibi portabat vuas non maturatas: quādo vero nimis tarde tūc portabat putridas: quādo vero cōpetenti tp̄e tunc portabat maturas et valētes. Sed quare ī quadrageſima dicuntur veſpere ante prandiū ferialibus diebus cum miſſa. Rñdeo ſ3 Archi. de cōſe. di. j. Solet enim ieiunium quadrageſime magis celebrari ad imitationē xp̄i. Et quia chriſt⁹ ieiunauit. xl. dieb⁹ ⁊. xl. noctibus nichil comedēs deberemus nos toto illo tēpore ieiuna

re nulla die vel hora comedentes ſicut ipſe non comedit. Et quia hoc facere non poſſumus propter defectũ nature ſaltẽ toto die ieiunando volumus eum imitari: ⁊ quia inſtante ⁊ vrgẽte famis neceſſitate nõ poſſumus expectare vt finiatur dies: expectamus ſaltẽ ꝙ hore diurnales finiãtur. hore. ſcʒ que in die ſunt celebrande: quarũ vltima eſt officium veſpertinũ. Cõpletoriũ eni quod ſequiẜ: lʒ deputetur huic diei quaſi cõplẽs ipſã: non tñ decantaẜ in hac die. ſʒ poſt finẽ ipſius in principio ſequentis diei: quia ſcðm cõputationem canonicã a veſpertino tẽpore incipit ſequens dies. ar. lxxv. di. quod a patribus Et iõ ſtatutũ eſt ꝙ in quadrageſima veſpere poſt miſſam nonalem ſtatim celebrentur ſine interuallo quod non fit in alijs ieiunijs que nõ cum tanta diſtrictione ſeruantur. hec Archid.

## ¶ De modo dicendi horas canonicas.

Conſequenter q̃ritur de modo dicẽdi horas canonicas Eſt autẽ mod⁹ dicendi horas ſcðm modũ et formam et diſpoſitionẽ eccľie cathedralis ſi ita habeaẜ ſpãlis rubrica. alioqui recurriẜ ad metropolitanã eccleſiã: cui⁹ rubrica ab oĩbus eſt ſeruãda. vt dꝛ in concilio. Toletano. xij. di. de his qua deficiente recurriẜ ad romane eccleſie cõſuetudinẽ. Hoc eſt contra multos romipetas qui in patrijs noſtris volunt dicere horas canonicas ſʒ modũ romane curie: cũ tñ habeant ſpecialẽ modũ et formã et rubricã in eoꝝ cathedralib⁹ aut metropolitanis eccleſijs. ⁊ hi incidũt ĩ penam dicti concilij. ſ. ſuſpẽſionis a communione per ſex mẽſes. Nam licet eccleſia romana ſequenda eſt in ſacramẽtis: non tamẽ in diuinis officijs. vt notat Joh. and. de cele. miſ. c. j. Monachi autem orabunt ſecundũ rubricã ſui ordinis: vt ibidem dꝛ. Item queritur vbi hore canonice ſunt dicẽde. Reſpõdeo in cathedralibus eccleſijs dicẽde ſunt. immo etiã in parrochialibus eccleſijs ſi fieri poteſt cõgrue. iuxta illud. In eccleſijs bñdicite deo dño. Verũtñ quia curati in parrochialib⁹ debent occupari confeſſionib⁹ et procuratione ſacramentoꝝ tam circa ſanos q̃ʒ infirmos: ideo ſufficit eis orare p̃uate in eccleſijs vel in domibus. dũ tñ in loco honeſto ſit ⁊ quieto: nõ ſicut quidã diſcoli conſueuerunt horas dicendo pellere ſcrophas vel vaccas ad paſcua ⁊ in pellendo rũpere verba horarũ per clamores et per minationes ſcrophaꝝ vel vaccarũ. Quidã etiã in lecto iacẽtes apodiati. ⁊ quod deterius eſt dicere iacẽtes ſupini in dorſo poſito libro viatico ſupra pectus murmurãt horas. Alij vero de domo in domũ diſcurrẽtes per villam vel oppidũ clamitant in plateis ſonoroſe vt more phariſeoꝝ orare videanẜ Alij vero ante fores eccľie ſtãtes aut in cimiterijs circũeuntes ſalutantes perſonas ad eccleſias deſcendentes. vñ fit aliqñ vt dicat dñs vobiſcũ. ⁊ reſpõdeat bonũ mane dña gratioſa: q̃ poti⁹ errare q̃ʒ orare dicẽdi ſunt. Nã hore cũ magna reuerẽtia ⁊ etiam attẽtione dicẽde ſũt. Que aũt reuerẽtia eſt in talibus locis cũ tantis ſtrepitibus. De q̃bus dicit Iſið. de ſum. bo. Quid prodeſt ſtrepitus labioꝝ vbi cor eſt mutũ?. Sicut eni vox ſine modulatione fit vox porcorũ: ſic orõ ſine deuotione eſt vox boum Et qð deteri⁹ eſt nõnulli inter iſta ſordida ⁊ abhorrẽda ⁊ abhominãda opera vbi etiã cũ cane loqui verentur cum deo in oratione loquuntur. Certe mentior ſi non audiui quendam preſbyterũ voce alta veſperas dicere. b. virgis

ſedendo in cloaca ꝛ purgando aluum. Quod nephas quantum pudoris habeat ꝛ culpe attendere poteſt vnuſquiſqꝫ ſenſatus. Ideo corrigatur tam iepta corruptela ne deus vnde placari debuit acrius prouocet. Uerū tñ qđ dictū eſt de attentione interp̄tationē recipit mitiorē. qꝛ dicit ſctūs Tho. ſcđa ſcđe. q. j. ꝙ lꝫ in orationibus priuatis debeat eſſe magna deuotio et attentio orantis. qñ eni ſentitur abeſſe deuotio dimittenda eſt. Nō tamē ſic eſt in horis canonicis in quibus nō requirit deuotio ex neceſſitate debiti vel precepti eccleſiaſtici ſꝫ ex cōſilio vnde ſiue ſit deuotus ſiue nō nichilominus ſunt hore dicēde a p̄sbyteris alioquin expectando deuotionez que nō eſt in poteſtate noſtra raro oraremus Intentio tñ omnino requiritur vel actualis vel habitualis: vt videlicet intēdat deū orare, p̄ ſalute, p̄pria et aliorum. Et per hoc pꝫ etiam ꝙ ſacerdos orās i peccato mortali quāuis fruſtratur deuotione ꝛ gr̄a dei: tamen ipſe horas dicere tenet. qui lꝫ non exaudit pro ſe: tamen ex quo orat in perſona totius eccleſie, p̄ alijs exauditur. Uñ in hoc caſu cōparat faci accēſe q̄ ſeipſā cōſumit et alijs lucet ꝛ canali quod alijs aquā īfluit et i ſe putreſcit: ꝛ cineri ſeu lixiuio quod alioꝝ mundat ꝛ in ſe ſordidatur. Pro iſto igitur facit qđ ſcripſit in cle. Jo. and. ſi dñm. in glo. magna. vbi querit an oratiōes maloꝝ proſint his pro quibus orant. Et dr̄ ꝙ ſic. niſi ſcienter malū eligerēt. ad hoc etiam facit quod ſcribit archid. iij. q. vij. in grauioribus Facit etiā ad hoc expreſſe glo. xlix. diſ. c. j. vbi dr̄. ꝙ ſi ex certa ſcientia malus eligitur a populo et ſit conformis eorū moribus: nocet ſubditis. alias ſpiritus ſanctus eque per malū ſicut per bonū operatur remiſſionē peccatoꝝ vt. j. q. j. fuerit. arg. ad hoc. vj. q. j. ex merito. viij q. j. audacter. Uñ illud dictum Grego. in paſtorali. q̄ dicit. Cum his q̄ diſplicet ad intercedēdum mittitur irati animus ad deteriora prouocatur. xlix. di. ca. j. ſic ītellige ſcđm archid. ad deteriora prouocat. ſ. cōtra eum qui mittit: nō cōtra eum q̄ mittit: niſi ſcienter mittat indignus. Et ſic hoc videtur intelligere Hugo Laurentius ꝛ Johānes: maxime qñ ſcienter ordinatur indignus aut preſentatur ad ordines vel beneficium His enim modis aliquis mittitur ad intercedendum pro populo. Itē querit an hore canonice legende ſunt alta voce vt ab alijs audiantur: vel potius ſubmiſſa vt a ſolo deo audiantur. Reſpondeo ſcđm Jo. an. in dicta glo. magna. ꝙ licet deus agnoſcat cordis deuotionez: non tamē fruſtra vox adiungitur vnde dicunt theologi ꝙ oratio que fit p̄ miniſtros eccleſie. i. presbyteros qualis eſt in horis canonicis. ideo fit vocaliter et expreſſe. quia talis orat in perſona totius eccleſie aut populi. vñ vt populo īnoteſcat ꝙ pro eo orat ſacerdos merito fit expreſſe ꝛ vocaliter orō: tamē nō eſt ſic de illa que priuate fit pro alio De neceſſitate adiungitur: tamen vox prime ad excitandum interiorem deuotionē. verbis enim ꝛ ſignis noſmetipſos interius excitamus ad ſanctū deſideriuꝫ augendū. vt dicit btūs Augus ad Probā q̄ fuit vxor Adariſi p̄conſulis. vt dicit Iſid. li. v. viroꝝ illuſtriū. Scđa ad redditionem debiti vt. ſcilꝫ ſeruiat deo orans ſcđm ſe totum in corde ꝛ corpore de cōſe. di. v. nunquid Tertio ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione Unde pſalmiſta pſal. xv. Letatum eſt cor meū: ꝛ exultauit lingua mea ꝛc. Et tunc queritur an accoliti tenentur dicere ſeptem pſalmos. Reſpondet ſcđm Paulum aluor ratiſpaneñ. ep̄m in tractatu ſuo

de hereſi q sic. Cuius ratio pcipue inter ceteras eſt: q2 ex quo dicuntur clerici a cleros quod eſt ſors: q2 in ſortem z in partem dñi ſunt vocati rationabile videtur vt dicant aliquid ratione ſui officij. Hoc tamen dependet ad cõſuetudinem an ſingulis diebus. an tantum feſtiuis dicere debeant. Eſt tamen cõſonum rõni q qui non ſtudẽt in ſcolis aut ſtudijs. vt ſingulis diebus orẽt ſeptem pſalmos. iuxta illud Ambroſij: q2 ſemper pecco debeo ſemper habere medicinaz. de conſe. di. ij. in fine. Itẽ queritur an ſacerdos tenetur ad horas beate virginis marie: Reſpondeo ſm eundem vbi ſupra q ſic. licet non de iure tamen de optima conſuetudine que iam pro lege putanda eſt. vt dicit Aug. ad conſularium preſbyterum. xij. di. in his rebus. vnde in hoc caſu non valet illorũ excuſatio qui dicunt q hore beate virginis non precipiuntur p aliquã conſtitutionẽ auctenticam eccleſie vniuerſalis. nec per ſacram ſcripturam. ergo ſunt in bñplacito. Quibus reſpõdẽdum eſt q multa ſunt in eccleſia dei que nõ ſunt de inſtitutione eccleſie vel precepto ſcripture: ſed ex ſolo cõſuetudinis vſu antiquo: que pretermitti nullo modo debent ſine periculo ſalutis. vt ſignatio crucis qua fideles ſignantur. verba prolixa orationis ſuper panem z ſuper calicez. benedictio fontis trina vnctio olei illorum quos baptizamus que omnia vt dicit Aug. xj. di. eccleſiaſticarum. obſeruata ſunt reuerenter a patribus magis ſilentio q̃z publicata ſcripto. vt dicit Paulus de lezazarijs. Stephanus prouincialis gentin⁹ in cle. graui. de cele. miſ. q vbi eſt conſuetudo q prelati z maiores eccleſiarũ dicunt horas beate virginis obmittentes eas peccant mortaliter. niſi ſubſit cauſa rationabilis. An aũt iſte hore debẽt dici in feſtis beate virginis ex quo tunc totum officiũ eſt de beata virgine Dicendum eſt q ibi recurrendũ eſt ad cõſuetudinem cathedralis eccl'ie. Nã in quibuſdam eccleſijs dicunt non obſtante officio ſolẽnitatis. in q̃buſdam non. Et ſic ſtatur cõſuetudini eccl'ie cathedralis que eſt mater omniũ inferiorum: a qua nõ licet diſcedere. xij. di. nõ dicet. Itẽ queritur an oẽs ſacerdotes tenẽtur ad vigilias mortuoꝝ. Rñdeo ſm guilhelmũ q curati tenẽtur ad vigilias mortuoꝝ ordinarias iuxta cõſuetudinem eccl'ie cathedralis. ubi eſt cõſuetudo q maiores plati dicãt vigilias ſingulis diebus quadrageſime. in aduentu. z in vigilijs aploꝝ debẽt etiam ipſi curati dicere vbicũq3 ſint ſiue circa eccl'ias pprias ſiue in ſtudijs. Uerum tamen ad extraordinarias nõ tenẽtur ſm ipm curati in ſtudijs exiſtẽtes aut alij bñficiati. Extraordinarie vocãtur q̃ dicuntur ſpãliter p aia cuiuſlibet defuncti: ad q̃s dicẽdas ſolũ illi aſtringũtur q̃ circa eccl'ias ſũt pñtes. ſilr q̃ in illis ſunt in anniuerſarijs defunctoruz. Uñ vlterius q̃ritur an aliquis dicẽdo horas de ſcĩs vel de martyrib⁹ quãdo dicẽde eſſent de feria peccet mortaliter Reſpondeo licet ſm guilhelmũ nõ refert per quos pſalmos laudet deus. tamen determinatio eccleſie maioris eſt ſequenda. Nam ſm conſuetudinez eccleſie maioris iuſtum eſt vt vnuſquiſq3 ide ſumat regulas magiſterij vñ honoris conſecrationez accepit. xij. di. de his. Et btũs Bern. dicit. Spũſſctũs illas horas gratas nõ recipit qui q̃m aliđ q̃z debes neglecto eo qđ debes obtuleris. Uñ iſtud vicium reprobatur expreſſe de conſe. di. v. in die. vbi dicit Gregorius ſeptimus q illi qui in diebus quotidianis tres tantummodo lectiones legunt non ex regula ſanctorũ

patrū:ſed ex faſtidio ꝛ negligentia pro
bantur hoc facere. hec ibi. Item quert
tur de illis qui dicunt nouas hiſtorias
non approbatas per epm̄.: Reſpōdeo
ꝙ peccant mortaliter ſm Ber. ſup can
ti. ſermone. xxvi. vbi dicit ꝙ quicquid
ſine voluntate ſupioris ſit vane glorie
deputabit non mercedi. Eps tn̄ poteſt
inducere cōſuetudinē nouā in eccleſia
ſua quo ad officia celebranda. xij. di no
uit. ꝛ de cōſe. di. iij. c. j. ꝛ expreſſe in glo.
xcj. diſ. eleutherius. ſuper ver. vigilijs
quod ſi intelligitur ſm archid. ibidem
ꝙ epi in his que circa ſolēnitatē eccle-
ſie tantū conſiſtunt que conſuetudine
non precepto maiorū ſunt introducta
mutare poſſunt ꝛ ſtatuere: vt dicit Ja-
co. de alberga Statutū tamen ab epis
vel ſanctis patribus non poſſunt imu
tare. hec ibidē. Itē querit quid de illis
qui obmittunt dicere ſuffragia ſctōrū
Rn̄deo ꝙ peccant ſi hoc faciunt cōtra
cōſuetudinē eccleſie cathedralis vt ſu-
pra dictū eſt ſm dn̄m Paulū aluor. qꝛ
contemptores laudabilis conſuetudi-
nis ſicut ꝛ legis puniūtur. di. xj. in his
ꝛ hoc ſi faciunt ex negligentia affecta-
ta: quia non curāt velvt citius pcurrāt
horas ꝛ vacēt potib⁹ vel ocio ꝛc. Sed
qui de illo qui prius orauit cōpletoriū
ꝙ̄ veſperas ꝛc. vtrum teneatur redice-
re vero modo. Reſpōdeo ſm dominū
Paulum vbi ſupra ꝙ non tenetur: ſed
caute implebit veſperas quas incau-
te obmiſit: ꝛ penitebit de negligentia.
Item queritur an dicere pater noſter
ante horas ꝛ poſt ſit preceptum. Re-
ſpondeo ꝙ hoc poſt horas expreſſe pre
cipitur in concilio Gerundenſi. de con
ſe. di. v. c. id ſemper. vbi ſic dicitur. Il-
lud ſemper placuit obſeruari. vt omni
bus diebus poſt matutinas et veſpe-
ras oratio dominica a ſacerdote profe
ratur. Ante vero horas dicere pater no
ſter. licet non appareat eſſe preceptū
ſcriptum: apparet tamen licitū dignū
et iuſtum. Nam prius inuocandus eſt
omnium rerum pater quo pretermiſſo
nullum rite bonum fundatur exordiū
vt dicit Boetius de conſol. phie. li. iij.
Rationabile autem eſt vt prius oratio
illa precedat quā auctor ſalutis dicta
uit ꝛ inſtituit: ꝙ̄ ille quas ſācti patres
poſtea dictauerunt. Item expedit pri⁹
petere ea que ſunt magis neceſſaria et
vtilia ad ſalutē ꝙ̄ que ſunt minus ne-
ceſſaria. Magis autē neceſſaria ſunt
que ponuntur in dominica oratione et
vtilia ꝙ̄ que ponūtur in alijs cum ibi
ſumma totius ſalutis et perfectionis
conſiſtat. Petimus enim ibi ſanctifi-
cari nomen dei in nobis ꝛ aduenire re
gnum celorū: quod primo eſſe queren-
dū ſaluator docuit: vt habetur. Math.
vj. Item cōcilium eſt vt illa oratio pre
mittatur que diſponit hominē ꝛ aptū
reddit. humiliando ad effectū orōnis
conſequendū. hmōi autē eſt oratio dn̄i
ca: in qua petimus dimitti nobis debi
ta noſtra ꝛ a malo liberari. quibus nō
dū expeditis orōnis effectus fruſtra-
retur. niſi eni nobis pri⁹ debita dimit-
terentur ꝛ a malo culpe liberaremur:
nullatenus aliqd impetrarem⁹: cū di-
citur Joh. ix. Deus pctōres non exau-
dit. ꝛ pſal. Peccatori dicit deus. quare
tu enarras iuſticias meas ꝛ aſſumis te
ſtamentū meū per os tuū. Adiūgitur
etiam. Aue maria in principio horarū
quia dignū eſt vt illā ſalutem⁹ in prin
cipio noſtri operis per quā ſalus nr̄a
exordium ſumpſit. Dicit enim Bern̄.
quia deus nihil nos vult habere ſalu-
tis qd per manus marie nō tranſiret.
Aliqui vero incipiūt horas per illū ver
ſiculū. Sācti ſpiritus aſſit nobis grā
ſed nō eſt vtis. Ego incipio p Aue ma-
ria iſta ratiōe: qꝛ nec gratiā ſpūſſancti

me poſſe obtinere puto ſine marie ſuffragio: ideoq̧ ad eam primo recurro: quia impetrare niſi per eam melius non dubito.

## Cautele in dicendis horis canonicis ſeruãde.

Sequuntur cautele circa horas canonicas obſeruande. Et primo ſeptẽ impedimenta quibus fruſtratur effectus orationũ. De quibus habetur in cle. graui. de cele. miſ. Caueat ergo q̃libet ne legat tranſcurrẽdo ſiue ſincopando ſicut aliqui faciunt dicentes. Dixit dñs a dextris meis aut extranea aut ꝓphana colloquia intermiſcẽdo: quia dicit Franciſcus verteley. Friuola qui profert duz ſacra presbyter aufert. Lectio ſacra dei non deputatur ei. Tarde ad chorum veniendo ante finẽ officij ſine cauſa exeundo: aues in horis portãdo ſeu venaticos canes ſine tõſura vel veſte competenti horis intereſſendo. Et hoc eſt contra cãpanatores: criſpatos comatos: manicatos miniſtrãtes celebrãtibus presbyteris qui grauiter peccant: vt patet vbi ſupra. Scd̃o caueat horas canonicas cantãs ne laſciuos ꝛ diſſolutos cantus ibi ꝑſonet: ſicut quidam theatrales. i. ſecularũ chorearuz cantilenas confictis modulationibus ſpũaliũ conſonãtiarũ diſcãtiſant. Contra quos eſt aplꝰs ad Eph. v. dicens. Cantãtes ꝛ pſallẽtes in cordibus veſtris dño vbi dicit Hieronymus. ꝛ ponitur. xcij. di c. cãtantes vbi dicit. Audiant hec adoleſcentuli. audiãt hi quibus in eccl̃ia eſt pſallendi officiuz deo non voce: ſed corde cãtandũ: nec in tragediarũ modũ guttur ꝛ fauces modicamine liniende ſunt: vt in eccl̃ia theatrales moduli audiantur: ꝛ cantica. et Grego. dat huius rõnem dicẽs. xcij. diſtin. c. in ſctã. vbi dicitur. Pleruſq̧ fit in ſacro miniſterio dũ: blanda vox queritur cõgrua vita negligatur. Et cãtor miniſter deũ moribus ſtimulet cuz populũ vocibus delectat. Hoc etiã prohibetur de cele. miſ. in cle. j. vbi a cantilenis prohibet abſtinere. pro quo facit. xxviij. di. presbyteruz. ꝛ de conſe. di. v. nõ oportet. ꝛ. xxvij. diſtin. c. ij. hodie ꝓuiſum eſt hoc optime per Joh. xxij. in extrauagãti q̃ incipit. Dicta ſanctoruz patrum decreuit auctoritas: in qua reprobat cantũ cantilenarũ in triplis et mutetis vulgaribus infra ſolẽnia miſſarũ ꝛ horarũ canonicarũ. ꝛ ꝓcepit tales ſuſpẽdi ab officio ꝑ octo dies. Permittit tñ diebus celebribus ꝛ feſtiuis in miſſa ꝛ in diuinis officijs aliq̃s fieri cõſolationes. videlꝫ conſonantias q̃ melodiã faciunt infra octauã quarte ꝛ quinte ꝛ hmõi ſuper eccleſiaſticũ officium ꝛ cantũ ſimplicẽ ita tamen q̧ ipſius integritas illibata ꝑmaneat. hec ibi. Tertio caueat ne incongrue verba tam i horis q̧ꝫ in alijs diuinis officijs ſiue cantando ſiue dicẽdo ſubmiſſe ꝓferat: hec eñ multũ ſcandalizat audiẽtes. Et licet hoc omnibꝰ clericis generaliter ſit cauendũ: tñ ab ipſis canonicis ꝛ ꝓlatis eccl̃iarũ cathedraliũ maxime eſt vitandũ. Tales arguit Caſſio. ſuper illud pſal. xlvj. Pſallite ſapiẽter. dicens. Nemo ſapiẽter facit qđ non intelligit. Signũ autẽ nõ intelligẽtie eſt incõgruitas. vñ credit Stephanꝰ ſcribens ſuꝑ cle. ne in agro. de ſtatu monachorũ. q̧ ignorãtia grãmatice q̃ maxime in incõgruitate cõſiſtit repellit quẽ a canonicatu eccleſie cathedralis. ar. xxiiij. di. quãdo de eta. ꝛ qua. c. fi. de cõſan. ꝛ affi. c. ꝛ de reſcrip. c. ſtatutũ. li. vj. et. c. j. ꝛ. c. fi. ſi corpore. li. vj. vbi probatur per arg. Quarto caueat clericus orãs ne in horis reſumet vnũ ꝛ idẽ verbum

pluries: quia dicitur Eccl. vij. Ne ite-res verbū in orōne tua. Contra qđ faciunt quidā dicētes pater nr̄ pr̄ nr̄ quies ſexies aut ſepties. Et nō dico ſepties tm̄: ſed etiaȝ ſeptuageſies ſepties: q̄ iterātia ꝓcedit ex inaduertētia: ex indeuotione ac mētis diſtractiōe: qꝛ dum alia cogitant in vno verbo linguant tādiu figunt donec cogitationes ꝑtranſibunt. ꝛ hi potius irritant deū q̄ȝ orent Nā dicit Seneca. Perturbat mētē auditoris qđ ſepe dicitur vna. ſ. ꝛ eadē voce immo quodāmodo i hoc deus blaſphematur dū per hoc videtur ſemel dictuȝ nō audire vel intelligere. niſi ſepiꝰ ei reſumatur: cum tm̄ dicatur. Scit enī pater veſter celeſtis q̄bus indigetis. Mathei. vj. Videat q̄libet tā clericus q̄ȝ laycus vt in oratione ſtet vel ſedeat quietus: aut flectat deuotus manus leuando: pectus tundendo: ſuſpirando: ꝛ ſurſum inſpiciendo. Iſti enī ſunt modi orandi in ſcripturis ſctis approbati Nā dicit̄ in ps. Stātes erant pedes noſtri. ꝛ Math. xi. Cū ſtabitis ad orādū dimitte ꝛc. Sic Martha ſtetit ꝛ ait ad xp̄m. Dn̄e non eſt tibi cure ꝛc. Luce. x. Sic leproſus genuflexit: ꝛ impetrauit curationē. Marci. j. Ydropicus ſtans ante xp̄ȝ obtinuit ſanitatē. Luce. xiiij. De ſedendo. Mathei. xxvj. dicitur vbi xp̄us dixit aplis. Sedete hic. ꝛ ſeq̄tur. orate ne intretis in tētationem. Idem Marci. xiiij. de quiete dicitur. Math. vj. Cum oraueris intra in cubiculum tuum: ꝛ clauſo oſtio ora. Cubiculū autem eſt locus quietis ꝛ locꝰ pacis. De flexura dicitur de leproſo: procidens adorauit. Luce. v. qđ vtiq̄ȝ flecteret eſt neceſſariū ſicut Paulꝰ de ſe dicit. Flecto genua mea ad deuȝ pro vobis eph. iij. Et idē de ſctō Stephano qui poſitis genibꝰ orabat. Actu. vij. De eleuatione manum habetur Exo. xvij. vbi moyſes eleuatis manibus orauit. ꝛ dauid. Eleuatio manuū mearum ſacrificium veſpertinū. ps. cxl. De tunſione pectoris habet̄ Luce. xviij. vbi publicanus ꝑcutiens pectus orabat. De ſuſpiratione. Ioh. xj. vbi xp̄s infremuit ſpiritu ꝛ turbauit ſeipſum volens lazarum ſuſcitare. De ſurſum inſpiciendo dicitur. Ioh. xj. vbi xp̄us ſuſpiciēs in celum dixit: pater gratias tibi ago quoniā exaudiſti me.

## ¶ De excōmunicatione.

SI quis eccleſiaȝ nō audierit ſit tibi ſicut ethnicꝰ ꝛ publicanus Mat. xviij. ꝛ. xxxiiij. q. j. omnibus. Qm̄ vt ait doctor ſubtilis in. iiij. ſn̄iaruȝ. di. xix. q. j. ar. v. In eccleſia eſt duplex forū: vnū ſecretiſſimū in quo idem eſt accuſator ꝛ reus: ꝛ ad iſtud ꝑtinent claues eccleſie Aliud eſt forū publicū in quo habet eccleſia auctoritatē corrigēdi publica debita. Et talis auctoritas cognoſcendi in cauſa ꝛ ſententiandi publice quodāmodo pōt etiā dici clauis. Prima dicitur clauis ordinis Scđa clauis iuriſditionis: ad quā quidem clauē iuriſditionis ꝑtinere videtur dictū nr̄i ſaluatoris ſupra ꝓmiſſum ſi quis eccleſiā nō audierit ſit tibi ſicut ethnicus. i. excōicatus ꝛ gētilis: ꝛ publicanꝰ. ſ. vt publicus pctōr vitet̄. Per eccleſiā aūt intelligit̄ prelatꝰ ecclie vt exponit Beda ꝛ Hylariꝰ: cuiꝰ. ſ. ꝑlati lata eſt ſn̄ia: ſicut ſtatim ibidē dicit ſaluator. Amen dico vobis quodcū q̄ȝ ligaueritis ſup terrā erit ligatū ꝛ in celis. ſm̄ Hylariū talis ſentētia iudicio diuino approbat̄. Conformiter autē iſtam iuriſdictionē tam xp̄us q̄ȝ apli exercuerunt. Nam dn̄s mulierē deprehēſam in adulterio per ſn̄iam abſoluit dicēs. Nemo te condēnauit mulier: que ait: nemo dn̄e: ꝛ ipſe

ſubiũxit: nec ego te cõdẽnabo. Jo. viij.
Sicut aũt tũc abſoluit eam: ita potuiſ
ſet condẽnare eam. De Petro quoq̧
legitur q̃ publice ananiam et ſaphirã
ad mortem ſentẽtiauit. vt dr̃ Act. v. De
Paulo etiam legitur q̃ Corinthium
fornicãtem publice excõmunicauit. vt
dr̃. j. Chor. v. Itẽ. j. ad Thimo. j. Hy-
meneũ et Alexandrũ tradidit ſathane
propter blaſphemiam. Idem etiam ꝓ
hibet excõmunicare notorijs peccato-
rib⁹. j. Chor. v. ꝛ. ij. The. iij. ꝛ. ij. Thi
mo. iiij. facit vitare Alexandrũ erariũ.
Item ad Titum. iij. hereticum poſt al
teram monitionẽ facit vitare. Idẽ quo
q̧ ad Gal. j. ſcribens ait. Si angel⁹ vo
bis de celo aliud euãgelizauerit preter
q̃ꝫ quod euangelizauimus vobis ana-
thema ſit: ſic ergo anathema tenet cõ-
tra angelũ ꝛ cõtra hominẽ Deniq̧ Jo.
Chorinthum hereticum publice excõ
municauit: et vitare ꝓcepit: que omia
arguũt hereticorũ modernorum verſu
tias que eccleſie detrahentes dicũt eã
non habere auctoritatẽ excõmunicãdi
ſuſpẽdendi: ꝛ ĩterdicẽdi: ꝛ per cõſequẽ-
tis dogmatizãt non eſſe curãdas eccle-
ſiaſticas cẽſuras: cũ tñ dicat Criſoſto.
xj. q. iij. c. nemo cõtẽnat vbi dr̃. Nemo
contẽnat vincula eccleſie: nõ enĩ homo
eſt qui ligat: ſed xp̃s qui hanc poteſta-
tẽ dedit: ꝛ dñs fecit homines eſſe tanti
honoris. Circa igit̃ proſecutionẽ hui⁹
materie breuiter de tribus principali-
bus eſt ꝯſiderandũ primo quidem de
excõicatione: ſecundo de ſuſpenſione:
tertio ꝛ vltimo de interdicto. Eſt autẽ
excõicatio a qualibet licita ꝯmunione
et legitimo actu ſeparatio. xj. q. iij. eui-
denter. Alibi enim vocatur eterne mor
tis dãnatio. xj. q. iij. nemo epiſcoporũ.
Alibi eni dicitur anime ꝛ corporis de-
trimentũ. ij. q. j. de manifeſta. Itẽ deij-
cit de eccleſia et tradit diabolo. xj. q. iij.
audi. Et breuit̃ excõicatio que dicitur
alio nomĩe anathema nõ eſt niſi a deo
ſeparatio. xxiiij. q. iij. Certum eſt ꝛ hoc
eſt magna pena. Nam quãdo quis ex-
cõmunicatur ſtatim mẽbrum dei eſſe
deſinit ꝛ incipit eſſe membrum diabo
li. xj. q. iij. excellentiſſimus. Moxq̧ vt
ab eccleſia repellitur rapido ore demo
num deuoratur. xj. q. iij. abſit Sunt au
tẽ due ſpecies excõmunicationis: vna
que ſeparat a ſacramentis eccleſie et a
participatione fideliũ ꝛ ab ingreſſu ec-
cleſie. Et hec dicitur maior ſeu anathe
ma. Alia eſt que ſeparat ſolum a ſacra
mẽtis: vt eſt quodlibet peccatũ morta-
le. Et hec dicitur minor: de vtraq̧ dici
tur. iij. q. iiij. engeltrudã. A prima non
abſoluũt ſimplices ſacerdotes: ſed a ſe
cunda in caſibus tñ ipſis permiſſis a
iure. Unde ſciendum q̃ quattuor ſunt
genera excõicatorũ. vt colligit̃. xj. q. iij.
ad menſam. Primo quando quis pec
cat ꝛ deus recedit ab eo. Secũdo quã-
do quis de conſilio ſacerdotis abſtinet
ab euchariſtia. Tertio quãdo quis eſt
excõicatus minori excõicatione. vt q̃
cõicauit excõicato in locutione vel com
miſit ſacrilegium vel eſt ſymoniacus.
Quarto quando quis eſt excõmunica
tus excõicatione maiori: et tunc ꝓprie
dicitur excõmunicatus ꝛ etiã vitãdus
ſcd̃m Johẽm de deo q̃ ita notauit ĩ pre
dicto canone. ad menſam. ꝛ Archi. ibi
dem poſt eum. Circa iſtam materiam
eſt vidẽdum de quattuor. Primo qui
ſint caſus in quibus quis ip̃o facto ĩci
dit ĩ ſententiã excõicationis a iure. Se
cundo quis ſit effectus excõicationis.
Tertio in quibus caſibus participãs
excõicatis ĩcidit in eandẽ ſententiã ex-
cõicatiõis ꝛ in q̃bus ꝑmittit̃ quis ꝑtici
pare licite excõicato Quarto de forma
ferendi ſniam excõicationis ꝛ impen-
dende abſolutionis. De primo ſcien-

dum ꝙ quinquaginta ſunt caſus in q̄-
bus ipſo facto quis ſententiam excōi-
cationis incidit quos bene enumerat.
Jo.an.in.c. eos qui de ſen.excō.lib.vj.
in glo.iij.ꝛ eo.ti.in cle.in.j.glo. Et ſcien
dū ꝙ primus eſt quando quis incidit
hereſim damnatã vt.iiij.q.iij.c.ij.ꝛ.iij.
aut q̄ nouã hereſim fingit de here. ad
abolendã. eſt ſic excōicatus.et ſilr cre-
dens heriticis vel eos receptãs aut eis
fauens.de here.ſicut ait Secundus cū
quis aſſerit romanã eccleſiã nō eſſe ca
put omniū: nec ei tanq̄ȝ capiti obedien
dū.diſ.xix.nulli phas vnde hodie diffi
nitū habetur ꝛ declaratū per Boniſa-
ciū octauū ꝙ ſubeſſe romano pontifici
omni humane creature eſt de neceſſi-
tate ſalutis vt pȝ in ſua extrauaganti q̄
incipit. Unam ſanctã. Tertius caſus
quãdo rectores ciuitatis faciūt exacti-
ones indebitas in clericos ꝛ admoniti
non deſiſtunt: vt de emunitate eccleſia
rū nō minus. Quartus caſus eſt cum
quis nō electus a duabus partib⁹ car
dinalium gerit ſe pro papa.de elec.licet
Quintus cū quis magiſter ſcolarium
tractat cum aliquo ciue bononie de cō
ductione hoſpitij irreq̄ſitis inquilinis
niſi tempus fuerit elapſum: vt de loca-
to ꝛ cōducto.ex reſcripto. Sextus cum
monachi canonici regulares: archidia
coni: prepoſiti : plebani: cantores: et
alij clerici perſonat⁹ habẽtes. aut etiã
quicūq̄ȝ preſbyteri audiūt leges ꝛ phi
ſicam.ne clerici vel monachi ꝛc.cū ma
gnopere.ꝛ.c.ſuper ſpecula. Sec⁹ ſi ha-
bent tantum eccleſiam parrochialem
et non ſunt preſbyteri nec clerici vl' mo
nachi ꝛc.ſtatutum.li.vj. Septimus cū
quis participat cū excommunicato in
crimine: propter quod excōmunicatur
dando ei conſilium auxilium vel fauo-
rem.de ſen.excom.ſi concubine. Octa-
uus ſtatuentes ſtatuta contra liberta-
tem eccleſie: tam cōſules q̄ȝ eorum ſcri
ptores.de ſen.excom.nouerint.ꝛ.c.gra
uem. Nonus qui vtuntur ordinationi
bus a ſciſmaticis factis de ſciſmaticis
c.j. Decimus quicunq̄ȝ loquitur ſecre-
te vel mittit ſcripturas vel nunciū ali-
cui cardinali quando ſunt recluſi occa-
ſione electionis pape. vt de electione.
vbi periculū.li.vj. Et idem de dñis re
ctoribus ꝛ officialibus ciuitatis q̄ im-
minente ipſa electione nō ſeruauerint
ipſam conſtitutionem. Undecim⁹ de
his qui grauant aliquos qui cum pro
vno rogabantur eligere noluerunt.de
elec.ſciant cuncti.li.vj. Duodecim⁹ de
rectoribus ad regimen vrbis romane
electis ꝛ de fautoribus qui fecerūt con
tra conſtitutionem ſup hoc factã. vt de
elec.fūdata.li.vj. Tredecimus de his
qui vocant ad diligẽdas moniales i ele
ctiōib⁹ niſi abſtineãt ab his ꝑ q̄ poſſit i
eis diſcordia oriri vel nutriri: vt de ele.
indēnitatib⁹. Decimuſquart⁹ de his q̄
procurãt cōſeruatores dari ꝛ intromit
tūt ſe de his q̄ nō licẽt.de of.dele.ſtatui
mus lib.vj. Decimuſquintus de his q̄
abſolutionē de aliqua excōicatione vel
reuocatione eius aut etiã ſuſpenſionis
vel interdicti extorquent per vim aut ꝑ
metū. Nã hec abſolutio nō valet et in-
curritur noua excōicatio.vt de his que
vi metus ve cauſa fiunt.c.vnico.lib.vj.
Decimuſſext⁹ q̄ fingit fraudulẽter ali-
quē caſū per quez aliquis iudex vadat
ad aliquam mulierē ꝑ teſtimonio vt de
iudicijs: mulieres. Decimuſſeptimus
de his q̄ prelatos vel capitula vel alias
perſonas eccleſiaſticas compellunt ad
ſubmittẽdum laicis vel alie nãdiu bo-
na immobilia eccleſiarum. Et ſimili-
ter laici qui vſurpant ſibi huiuſmodi
illicite: niſi admoniti deſtiterint.de re-
rum alienatione hac conſultiſſima. li.
vj. Decimuſoctauus: quicunq̄ȝ in per-

ſonis eccleſiaſticis vel eccleſijs per ſe vel per alium ſuo noie vel alieno pro p̱ſonis vel rebus quas non cauſa negociationis deferunt vł deferri faciũt ſeu tranſmittũt exigunt aliquod pedagiũ. de cenſibus q̃ꝫ lib. vj. Decimusnon᷒ de his qui impediunt iudicium delegati vel cuiuſcũqꝫ iudicis eccleſiaſtici de immunitate eccleſiarũ. qm̃. Uigeſimus de his qui iubẽt ſubditis ſuis ne perſonis eccleſiaſticis vẽdant aliquod bladũ vel ſimilia de immu. ec. c. ſi. li. vj Uigeſimuſprimus de religioſis q̃ habitum ſue religionis dimittũt. vel qui accedunt ad ſtudium ſine licẽtia ſui p̄lati vel conuentus vel qui corã talibus legit ſcienter qui dimiſerunt habitum ne clerici vel monachi ꝛc. nec periculoſo li. v. Et ſicut recitat Joh. and. in nouella ſuper regula. li. vj. referẽs. Guilł. de lata petri diſputaſſe de monacho q̃ bene defert habitum monachalem ſꝫ opertum habitu clericali ꝙ ſit apoſtata. Quod hodie videtur approbatũ de vita ꝛ hone. cle. quoniã in principio in cle. in. ꝟ. a religioſis. que oĩa vera ſunt ſm Joh. and. qñ monachus iuſtã cauſã transformationis non allegat. Uigeſimuſſecundus qui hereticos ſeu fautores. credentes. receptatores vel defẽſores eorum ſcienter tradiderint eccleſiaſtice ſepulture. de here. quicunqꝫ li. vj. Nec tales debent abſolui niſi prius talem ſepultum proprijs manibus extumulent. Idem de illis laicis qui publice vel priuatim de fide catholica diſputant: vt dicitur ibidem Dicit tamen Jo. and. ꝙ in iſtis caſibus eſt canon ferende ꝛ non late ſentẽtie ꝛ hoc eſt tenẽdũ. Uigeſimuſtertius: quicũqꝫ rector ſecularis vel quicũqꝫ officialis eius cognoſceret de crimine hereſis. aut captiuos liberaret vel dioceſanorum inquiſitorum officium impediret de here. i quiſi. lib. vj. Uigeſimuſquartus q̃ per aſſiſimos vel aſſaſſimos aliquem chriſtianum interfecerit. Dicuntur autem aſſiſimi vel aſſaſſimi quidam ĩfideles qui ex quibuſdam falſis opinionibus quibus fuerunt enutriti facile mittebantur ad occidendum quẽcunqꝫ chriſtianum non curantes niſi ob hoc ipſi occidendi eſſent. de homicidio pro humani li. vj. Uigeſimuſquintus de clericis qui manifeſtis vſurarijs ad fen᷒ exercendum domos locant. vel alijs titulis concedunt. de vſuris. vſurarum. li. vj. Uigeſimuſſextus de his qui concedunt repreſalias contra perſonas eccleſiaſticas ſp̃aliter ſiue generaliter: vt de iniurijs ꝛ dãno dato: ꝛ ſi pignorationes lib. vj. Dicuntur autem repreſalie quando vnus oriundus de vna terra ſpoliatur ab alio de alia terra oriundo. ita videlicet ſi debitum non ſoluitur et tunc datur poteſtas ipſi ſpoliato ꝙ ſatiſfaciat ſibi contra quẽlibet de terra illa vnde eſt ille debitor: vł ſpoliator Uigeſimuſſeptimus ſi dñs vel rector tẽporalis nõ fecerit ea obſeruare que ſtatuuntur cõtra inſecutores cardinaliuꝫ ſeu alicuius de familia eorũ vel pape. de pe. de penis felicis li. vj. Uigeſimuſoctauus quicunqꝫ dat licentiã occidendi ſeu accipiendi vel alias in perſonis vel bonis ſuis vel ſuorũ grauãdi eos q̃ cõtra reges barones nobiles vel quoſcunqꝫ tulit excõmunicationis ſuſpenſionis vel ĩterdicti ſentẽtias: ſiue iſtos quorũ occaſione ſunt p̱late vel eos qui eos obſeruãt: aut eos q̃ taliter excõicatis cõicare volũt niſi licentiã ipſã reintegraliter reuocẽt: et ſi qua ſunt ablata reſtituãt ſiue p̱ illis ſatiſfaciãt. Et ſilř qui dicta licẽtia vſi fuerint vel etiã ſine licẽtia ſuo motu hoc fecerint excõicatione incurrũt. In qua ſi p̱manſerint p̱ duos mẽſes nõ niſi p̱ papã abſoluunť

de ſen.excõ.quicunq; li.vi. Trigeſimus
nonus quãdo quis ab excõmunicatio
ne fuit abſolutus in mortis articulo vł
alio impedimento ſi ceſſante articulo
vel alio impedimẽto nõ preſentet ſe q̃3
tociti⁹ poterit illi a quo abſolui debue-
rat reincidit ipſo facto in eandẽ ſenten
tiã. de ſentẽ.excõ.eos.li.vi. Trigeſim⁹
quãdo aliqui abſoluunť a ſede apoſto-
lica: q ſe preſentent ordinariis vel a le
gatis ⁊ iniũgitur eis aliis ſuſcepturis
penitentiã ⁊ paſſis iniuriam ſeu eis q̃-
bus obligati ſunt ſatiſfaciant ſi hoc nõ
faciant cum primo poterint reincidũt
in eandẽ ſententiã: vt in dicto.c.eos q̃.
li.vi. Trigeſimuſprimus de his qui i
cimiterio ſepeliunt corpora tp̃e ĩterdi-
cti: vel vſurarios manifeſtos ſciẽter ſe
peliunt a qua excõmuuicatione nõ de
bẽt abſolui: niſi prius ad arbitriũ dyo-
ceſani ſatiſfecerint quibus p̃miſſa fuit
iniuria irrogata. de ſepulturis.eos.in
cle. Trigeſimuſſecundus de religioſis
q̃ decimas eccleſie debitas ſibi appro-
priant vł vſurpant: ſiue q̃ non p̃mittũt
ſolui eccleſiis decimas quibus tenen-
tur iuxta tenorẽ clemẽtine. de decimis
religioſi. Trigeſimuſtertius de mona
chis ſiue canonicis regularibus q̃ nõ
habẽt adminiſtrationes: ⁊ cõferunt ſe
ad curias principum ſine licentia p̃la-
torum vt damnũ aliq̃d inferant p̃latis
ſuis aut monaſterio. vt de ſtatu mo. ne
in agro. in cle. Trigeſimuſquartus de
monachis qui intra ſepta monaſterii
arma tenent ⁊c. vt in dicto.c. ne i agro.
Trigeſimuſquintus de his qui impe-
diunt viſitatores monialium vel cano
nicorum: niſi moniti deſtiterint. vt de
ſtatu monachorum accidentes in cle.
Trigeſimuſſextus de quibuſdam mu
lieribus que dicuntur beguine: ſimiliť
et religioſi qui eas in tali ſtatu fouent.
de religioſis domibus. cũ de q̃buſdã i
cle. Trigeſimuſſeptimus de illis q̃ ſci-
enter ꝯtrahunt matrimoniũ in gradu
conſanguinitatis vel affinitatis prohi
bitis: vel cũ monialibus: vel contrahẽ
tes qui ſunt religioſi vel moniales: ſi-
ue etiã clerici in ſacris. vt de ꝯſan. ⁊ af.
eos in cle. Trigeſimuſoctauus de inq̃-
ſitoribus hereticorũ: qui pretextu inq̃
ſitionis officij quibuſuis modis illici-
tis pecuniam extorquent: vel etiã bo-
na eccl'iaruz ob delictũ clericoꝝ appli-
cant fiſco. de hereticis volentes. in cle.
Trigeſimuſnon⁹ poteſtas: capitanei:
rectores: conſules: ⁊ iudices: cõſiliarij:
et alij officiales qui ſtatuta ſcribũt: fa-
ciunt ⁊ dictant per que quis compelliť
ſoluere vſuras: vel ſolutas nõ repetere
et q̃ ſcd̃m ea iudicãt: ⁊ qui habẽt ſuper
hoc ptãtẽ niſi ſtatuta ip̃a delcuerit ſũt
excõicati. vt de vſuris ex graui i clemẽ.
Quadrageſimus de religioſis mendi-
cantibus q̃ domos ad habitandum de
nouo recipiunt vel receptas mutãt ſeu
alienant de exceſ.prela.c. vno.li.vj. ⁊ de
penis.c.cupientes in cle. Quadrageſi-
muſprimus de religioſis qui. ſcz dicũt
aliqua verba quib⁹ retrahũt audiẽtes
a ſolutione decimarũ: vt in dicto.c.cu-
piẽtes. Quadrageſimuſſecundus qui
ꝯfitẽtib⁹ ſibi nõ faciũt ꝯſciam de deci-
mis ſoluẽdis q̃ ſuſpẽſi ſunt a p̃dicatio
nis officio donec ſi cõmode p̃nt faciãt
eis ꝯſcientiam. Et ſi interim predicẽt
excõicati ſunt: vt habetur ibidẽ. Qua-
drageſimuſtertius de religioſis q̃buſ-
cunq; qui non ſeruant ĩterdictũ quod
ſeruat mater eccleſia de ſen.ex.c.j.i cle.
Quadrageſimuſquartus de fratribus
minorib⁹ qui tẽpore interdicti recipiũt
ad officia diuina fratres vel ſorores de
tertio ordine qui ꝑtinentes dicũtur de
ſen.ex.cũ ex eo. Quadrageſimuſquin-
tus opponẽs ſeu impugnans litteras
pape nouiter electi etiã ante coronatio-

nem ſuam excõicatus eſt per extrauagantẽ.xj.bñdicti:que incipit q2 nõnulli. Quadrageſimuſſextus ꝟberans clericuꝫ diabolo inſtigãte puta ex ira aut aĩo vindicandi vel vlciſcendi ſe in eo ipſo facto eſt excõicatus.xvij.q.iiij.ſi qs ſuadẽte diabolo.ꝛ de ſen.ex.cum illoꝝ. Et notanter dr̃ inſtigãte diabolo ꝛ ex ira ſecus ſi ioco ſe aliquis clericuꝫ in ludo honeſto oſtenderet non aĩo iracundo nec ex malo propoſito nõ incidit excõmunicationẽ.de ſen.ex.cum volũtate. Dicitur etiã aĩo vlciſcendi ſe in eo: quia ſecus ſi de mãdato ſuperiorũ qs capiat clericum incorrigibilẽ vt ad iudicium eũ pertrahat:talis:enim nullã ſentẽtiã incurrit:vt de ſen.ex.vt fame. Nam tales poſſunt etiã ab eccleſia extrahi etiã violenter.vt dicit gloſa ibidẽ Sup hec dicta poſſunt excuſari magiſtri plati conſanguinei ꝛ alij in iure expreſſi quibus ꝑmittitur correctio clericorũ qui ſi etiã aĩo iracũdo clericũ verberãt:ꝛ de correctione actu nõ cogitãt excuſanĩ ſm Hoſti. Non eniꝫ poſſunt dici ex ira corrigere clericos cuꝫ dolus non aſſit:ꝛ per ꝯſequens nec volentia ſufficit enim ꝙ correctionẽ habeant in habitu. Quadrageſimuſſeptimus de iſtis laycis q̃ collectas tallias ꝛ onera imponunt eccl'iaſticis ꝑſonis ab ipſis ſuoꝝ prouentuũ vel bonoꝝ dimidiã decimã;ſeu vigeſimã extorquẽtes.de immu.ec.clerici.lib.vj. Quadrageſimuſoctauus de platis ꝛ de illis ꝑſonis que hmõi laycis elemoſynas vel collectas quaſcũqꝫ ꝑſoluũt:vt habeẗ ibidẽ. Hodie vero ſolũ locum habet in exigentibus laycis qui ſoli incidunt in excõicationẽ non tñ habet locũ in ſoluẽtibus vel recipientibus a ſponte ſoluẽtibus: vt de imu.ec.qm̃ in cle. Quadrageſimuſnonus ꝑcutiens aliquẽ qui nouiter eſt religionẽ ingreſſus:lꝫ nondũ ſit profeſſus incidit in excõicationẽ.de ſen.ex.religioſa.li.vj. Quĩquageſimus de illo qui lꝫ mandauit ꝑcutere clericum aliqs tñ noĩe ſuo:puta familiaris eius vel ꝯſanguineꝰ ꝑcuſſit clericũ ꝛ ille ratum habuit poſtea excõicationẽ incurrit ipo facto.de ſen.ex.cum quis.li.vj. Alios caſus quere ſupra in.c.de ſacramento penitentie. Et q2 dictum eſt in xlvj.caſu ꝙ non oĩs ꝑcutiens clericuꝫ incidit in canonẽ late ſentẽtie. Ideo videnduꝫ eſt breuiter ꝙ quattuordecim ſunt caſus in quibus ꝑcutiens clericũ non incidit in excõmunicationẽ. Primo quando quis ignorabat an clericus eſſet puta quia comã nutriebat de ſen.ex.ſi ꝟo. Secundo ſi non defert habitum vel tonſuram nec aliquid de clericatu oſtendit ſi tertio ãmonitus non ſe corrigat.d̃ ſen.ex.c.ꝯtingit.ꝛ.c.in audientia. Tertio in clerico qui ꝯtempto habitu fert arma:ꝛ tertio monitus nõ corrigitur.vt in predicto.c.in audientia. Et etiã ſi non monitus ſit ꝛ ſe immiſceat tyrannidi.de ſen.ex.cum non ab homine. Quarto in clerico exercente negocia ſecularia:vt in..c.ſacerdotibuſ ne clerici vel monachi:ꝛ prius requiritur monitio : vt in.c.in audientia de vita ꝛ hone.cle.c.fi. Quinto in clerico ꝯiugato ſi non fert habituꝫ clericalem de cleri.ꝯiuga.li.vj. Sexto ĩ clecis buffonibus marcellarijs:goliardis:qui ſi per annum exercuerint artẽ ſuam:vel ſi minori tꝑe admoniti non deſtiterint de vi.ꝛ hone.cle.li.vj.c.fi. Septimꝰ in illis qui non ex ira ſed ioco ſe percutiunt:vt de ſen.ex.c.j.debet tñ attendi qualitas ioci ꝛ rõ fallẽdi.de preſump.c.j. Octauus ĩ magiſtro q̃ tñ hoc facit leuiter cauſa diſcipline.de ſen:ex.cum voluntate.c.fi. Nonꝰ eſt in eo q̃ vim vi ex incontinẽti repellit ꝑ poteſtate.de ſen.ex.ſi vero. Decimus qñ qs cũ vxore inue

nit clericum turpiter agere: vel cū matre vel ſorore vel filia. vt in dicto. ca. ſi vero ꝛ. c. nec ille. Undecimus ſi fiat de prelato aut mādato ipſius cauſa correctionis: vt in dicto. c. cū voluntate. ꝛ. c. ex tenore. Et ſi nō fiat cauſa correctionis tam verberans ꝙ precipiēs incurrunt excōicationem. de ſen. ex. vniuerſitatis. Quod ſi cauſa ſubeſt pōt clericum capere ꝛ incarcerare etiam ꝑ laicū de ſen. excō. ſi laicus. li. vj. Sed ꝑcuſſio non debet fieri per laicū alioquin ambo icurrūt excōmunicationē vt i dicto c. vniuerſitatis: niſi cleric⁹ eſſet adeo id eſt intantum incorrigibilis ꝙ aliter capi ꝛ corrigi nō poteſt. de ſen. ex. vt facit. Duodecimus in turbāte diuina officia quem presbyter vel alius ad quē ſpectat poteſt eijcere de eccleſia. ꝺ ſen. excō. veniens. Similiter cum quis ratione officij quod in eccleſia obtinet ꝑcutit clericum aut etiā cum ſenior cauſa deuotiōis hoc facit: aut dn̄s ꝛ pater ſiue propinquus familiariter corrigit. Hec omnia intellige cū ſint in minoribus ordinibus conſtituti: vt in dicto c. cum voluntate. Tredecimus ſi clericus ſit depoſitus ſiue degradatus vt de iudicijs. cū nō ab homine. ꝛ de penis degradatio. in fi. li. vj. ꝛ hoc intellige ſi talis clericus depoſitus eſt incorrigibilis ꝛ noluit viuere ſub regula clericali: vt notatur in. c. cū contingit primo de ſen. ex. ꝛ nouellator ſup regula delictum li. vj. ꝛ Jo. an. xvij. q. iiij. ſi q̄s deinceps. ꝛ. xxiij. q. v. excōmunicatorū Alius autem ſi eſt corrigibilis nō licet eū ꝑcutere lꝫ eſſet excōmunicatus vt in iuribus ꝑdictis. Et ratio q̄ꝛ adhuc lꝫ excōicatus ſit dūmodo ſit corrigibilꝭ ꝛ nondum degradatus: retinet priuilegium canonis. ſi quis ſuadente. quod eſt conceſſum in fauorem ordinis ꝛ nō ꝑſonarum: vt in dicto. c. cōtingit. Veruntamen Inno. v. credit ꝙ verberans hereticum clericum non incidit canonem: ꝛ hoc ipſe notauit de ſen. ex. ſi vero. quod tamen intelligēdum eſt de heretico depoſito per ſententiam. Quod etiam ſentit Goffre. Vincē. ꝛ Ber. Dicit tamen Archid̄. xvii. q. iiij. ſi quis deinceps. ꝙ laicus iudex poteſt expellere percutere capere ꝛ occidere clericū ſi oino eſt incorrigibilis: ꝛ aliter corrigi non poteſt recepta tn̄ licētia ab eccleſia: alias nō licet. xvij. q. j. ſi quis. xxiij. q. v. vbi de liguribus. c. circūcelliones Quartuſdecim⁹ quando clericus trāſfert ſe ad actum prorſus ordini contrarium: vtputa erat in minoribus ꝛ factus eſt miles vel bigamus. lxxxiij. di. quiſquis ꝛc.

## De effectu excōmunicationis

De ſecundo ſcilicet de effectu excōicationis. Sciendum eſt ꝙ excōmunicatus maiori excōicatiōe non poteſt eligere neqꝫ eligi neqꝫ beneficium eccleſiaſticum acquirere nec de beneficijs ſuis aliquid percipere vt de appellationibus paſtoralis. in fi. Et hoc q̄n eſt in mora petēde abſolutionis. de cōceſſione ꝑbendarū. q̄ꝛ diuerſitatē. Itē nemo debet ſibi participare loquēdo: orando: ſalutando: bibēdo: comedēdo. xj. q. iij. ſicut apl'i. Itē non poteſt conſtitui procurator neqꝫ procuratorē conſtituere ad agendum nec ferre aliquam ſentētiam. Itē ſi impetrat aliud reſcriptum preter ꝙ ſuper articulo excōmunicationis non valet. de reſcri. ipſo iure. lib. vj. Item ſi confert alter quod ſacramentū cū ſolēnitate: aut ſe ingerat diuinis irregularis eſt: vt de cle. ex miniſtrante. c. apoſtolice. Nec poteſt per eū diſpenſare niſi per papam. de ſen. ꝛ re iudi. cum eterni. lib. vj. Item excō

municatus eſt ſuſpēſus tam ex officio q̄ ex beneficio. vt in gloſa vlti. c. cū bone. de eta. ⁊ quali. xj. q. xiij. rurſus. vbi dicit. Archi. q᷑ etiā ſolus lapſus anni abſq̄ ſententia canonis a beneficijs ſufficit. Et vlterius non audiatur ſup beneficijs: ⁊ ita videtur loqui iſtud. c. rurſus ſm Innocē. qui hoc notat in dicto c. cum bone. Omnibus eñ beneficijs tam habitis ante excōmunicationem q̄ poſtea acquiſitis debet ſpoliari per ſniam. Si per annum in excōmunicatione vel interdicto permanſerit ⁊ poſt talem ſniam latam poſt annū ſuper amiſſione bñficiorū non audiatur vlterius ſup eis vt dicit. c. rurſus. Que aūt dicūtur in excōicatione eadē intellige in ſuſpēſione. ar. p̄dicti. c. cū bone. vbi ſic notauit Inno. Et etiam intellige de illo qui excōicatur pro contumacia. ⁊ q̄ citatus ſup crimine non cōparuit. Talis enim habet̄ pro cōuicto vel pro confeſſo. Et priuatur bñficijs poſt annū ⁊ vt hereticus condēnatur. vt de hereticis. Cum contumacia. li. vj. Itē effectus excōicatiōis eſt q᷑ licet ſit iniuſta ex ordine vel cauſa: tamē ligat. xj. q. iij. c. j. ⁊ de of. lega. cum contingat. de ſen. excō. cū per tuas. ⁊ c. ſecrete. vbi ꝺ hoc Sed diceres nōne iudiciū ecclie debet ſe conformare iudicio dei. xj. q. iij. tunc vera. ij. q. j. deꝰ omīps. de ſen. excō. a nobis. ſed deus nullū ligat iniuſte. de pe. di. iij. ſi ex bone. ergo eccleſia nullū debet ligare. iniuſte. Item deficiēte cauſa propter quam aliquid debet fieri iuſte deficit ⁊ effectus. lxj. di. his oībus. de bigamis. debitum. de appel. cū ceſſante: ſed cauſa excōicatiōis debet eſſe peccatum mortale. xj. q. iij. nemo epoꝝ hoc autē ceſſat in excōicatione iniuſta ergo non debet ligare. Dicendū eſt ad hoc q᷑ licet nullus debet excōicari iniuſte: tñ ſi excōicet̄ tenet excōicatio apud eccleſiam militantē: ꝫ non apud deum ⁊ hoc ſit ideo vt eccleſtica cēſura eo plꝰ timeatur. ⁊ vt homo creſcat ꝓ obedientie meritum iniuſte ſententie parens. Unde dicit glo. xj. q. iij. Nihil q᷑ ꝫ iniuſta ſententia ſit timenda ⁊ tenēda quātum ad militantis eccleſie iuſticiā. nec mirum q᷑ apud deum nō tenet qui nō falli: ſed apud eccleſiam tenet que fallitur ⁊ que fallit. de ſen. ex. a nobis. Nō eſt tñ intētio eccleſie aliquē iniuſte excōmunicare: imo punit acriter iniuſte excōicantes: vt ptꝫ. vj. q. iij. illud. ꝺ ſen. excō. cum medicinalis. li. vj. Qñ ergo dicit̄ q᷑ excōicatio eſt eterne mortis dānatio: intellige ſi contēnitur: al's non. Et ita ſolus cōtēptus inducit dānationē. xxiij. q. iij. notandum. ⁊ habetur in glo. nemo epoꝝ. xj. q. iij.

## De participatione cum excōmunicatis.

Conſequēter de tertio. ſ. de participatione cum excōicatis eſt ſciendū q᷑ quedā participatio eſt illicita. ſ. cū quis ꝑticipat excōicato in crimine propter quod excōmunicatus eſt. ſ. dando ei concilium auxilium vel fauorem. et talis incurrit eandem ſniam de ſen. ex. cō. ſi concubine. ⁊ c. nuper. Secundo qñ participat in crimine mortali: ſed non in illo propter qđ excōicatus eſt ⁊ talis mortaliter peccat: ſed non incurrit eandem ſniam excōmunicationis. Tertio qñ participat ei in diuinis. ſ. recipiēdo eum ad diuina officia vel ad ſacra vel ad ſepulturam. ⁊ ꝫ talis non ſit irregularis prima vice: tamen propinquus eſt irregularitati: ⁊ ſi celebrauerit in tali peccato erit irregularis de ſen. excō. is qui. li. vj. Quarto quando quis participat non in crimine ſed in loquēdo orando vel bibendo ſecū. ⁊ de

tali participante dicit Tho. probabili
ter poſſe dici ꝙ non peccat mortaliter
niſi ex contẽptu vel contra prohibitio-
nem ſuperioris. Unde regulare eſt ꝙ
participans pertinaciter excõmunica
tis peccat mortaliter. ꝛ poteſt excõmu
nicari maiori excõmunicatione. Non
ſic autem eſt de participante quadã le
uitate in verbo vel in cibo aut potu ꝛc.
cum valde graue eſſet ꝙ quis pro vno
leui verbo incideret excõmunicationẽ
vel mortale peccatuz. Per hoc poteſt
ſolui illud dubiuz quod cõmuniter in-
ter dẽtes multorũ voluit. vtrum. ſ. par
ticipans excõicato vt iam dictũ eſt pec
cat mortaliter ꝛ an ſententiam incur-
rit. Hoſti. videtur tenere ꝙ tũc peccat
mortaliter quando hoc facit pertinaci
ter in contẽptum ꝛ contra prohibitio-
nem ſuperioris ſpecialiter vel generali
ter factam. Nam in hoc caſu eſt excõ-
municandus ꝑticipans alijs ẜm ipſum
vt de cle. excõ. mini. ſi celebrat. in fi. ꝛ ꝺ
ſentẽ. excõica. ſtatuimus. in fi. ꝛ eo. ti.
conſtitutionẽ. li. vj. Ex quibus infert
hoc ſalubre documentũ ꝛ ſalutare con
ſilium ꝙ ex quo ante ammonitionem
factam participans excõicari non põt
vt dicit Archid. vbi ſupra. reſtat ꝙ ve-
nialiter peccat. Ex quo autẽ poſt ãmo-
nitionez factã ꝛ ſpretam excõicari põt
planũ eſt ꝙ tũc peccat mortaliter. Nã
etiam excõmunicationis ſnĩa non eſt
ferenda niſi pro mortali pctõ. Si ergo
ẜm Archid. pertinacia eſt cauſa ꝑ qua
ſola fertur hec ſententia. ſic intelligit
hoſti. c. ſacris. qđ vi metus ve cauſa ꝛc.
Et ex his patet ꝙ ſi quis excõmunica
tus eſt pro cõtumacia vel alio crimine
vel vt ſatiſfaciat: ꝛ ex ꝓceſſu nõ eſt pro
hibitio generalis vel ſpecialis partici
pantibus facta: participans cũ tali in
locutione: comeſtiõe ꝛc. nõ peccat mor
taliter ſed venialiter. Ratio quia nõ fa
cit contra prohibitionẽ ſuperioris cuz
adhuc non ſit prohibitum Ideo dicen
dum eſt ẜm Archid. vbi ſupra ſi quis
cõmunicat excõicato contra prohibi-
tionẽ canonũ peccat venialiter: niſi for
te nimis frequenter vel in contẽptum
canonũ: qꝛ tũc eſſet mortale. ſic poteſt
intelligi. xj. q. iij. excellẽtiſſim⁹. ꝛ. xxv.
di. c. alſ. Sed cõtra prohibitionẽ hoĩs
mortaliter peccat. Uñ conſueuit dici
ꝙ mitius agitur cum lege q̃z cum mi-
niſtro legis. ff. de arbi. l. celſus. Itẽ no-
tauit Hoſti. in. ca. ꝙ in dubijs. de ſnĩa
excõ. ꝛ de hoc teneas. Nec aduertas il
luz monachũ Raymundũ cũ lata cap
pa ꝛ ſtricta conſciẽtia qui in ſũma ſua
dicit ꝙ ſi aliqͦs cõmunicat excõicato in
caſu non conceſſo ſcienter: ſi nouit ius
vel ſi eſt clericus ſemꝑ peccat mortali-
ter quez ſecutus eſt Inno. quartus: vt
ipſe notauit ꝺ dolo. ꝛ cõtu. veritatis in
glo. vlti. iuxta fi. ꝛ in. c. ſacris qđ metuſ
cauſa. applicando textualia prout po-
tuit pro ſua opinione facienda. Cõtra
quos eſt hodie tota ſchola iuriſtarũ ꝛ
theologorũ: q ſequẽtes beatũ Tho. in
iiij. ſententiarum dicunt pro cõcluſio-
ne ꝙ quãuis quis ſciẽter excõicato cõ-
municet non peccat mortaliter: niſi in
tribus caſibus. ſ. qñ cõicat in crimine.
vel in contẽptũ ſuperioris: aut in cõtẽ-
ptuz clauiũ. vel ſi cõicat in diuinis: qđ
teneas ẜm archi. Ubicũqꝫ ergo inue-
nies i iure ꝙ cõicare excõicato eſt pec-
catum mortale: intellige cũ hoc ex ſtu
dio fit ꝛ in cõtemptum: ita intelligetur
ca. excellentiſſimus. xj. q. iij. vt Hugo
ibidem notauit. Similiter in diuinis
cõmunicare eſt mortale vt dicit Hugo
xj. q. iij. rogo. Similiter in crimine eſt
mortale. vt ꝺ ſen. ex. nuper. Preterea
ſciendũ ꝙ non dicor cõicare excõmuni
cato: lz ego ꝛ ipſe ſumus in eadem do-

mo. ego pro meis negocijs: excommunicatus aũt pro ſuis. Sed ſi ego ⁊ excõmunicatus iremus ad papam vel ad alium dñm vt pro eodem rogarem⁹ bene inciderem excõicationem ⁊c. Item ſi ego ⁊ excõmunicatus habemus vnã camerã communẽ bñ licet michi cum excõmunicato eſſe in eadem camera et iacere ⁊ comedere: ſed non in eadẽ mẽſa vel in eodem lecto. quia hoc non poteſt eſſe ſine voluntaria cõione: ƀʒ Archi. q̃ ita notauit. xj. q. iij. apoſtoli. Sʒ diceres tamẽ ſanctus Johãnes euãg. exiuit balneũ propter cherinthum excõmunicatum. xxiiij. q. j. oĩs qui. Dicẽdum ꝙ illud fuit ex ſupabundantia iuſticie: ⁊ cum hoc quia aliud eſt dimittere delicias propter preſentiã excõicati quod eſt bonũ ſicut fecit beatus Johãnes. aliud ius ſuum dimittere: qđ non eſt bonũ ſcđm Inno. qui ita notauit. đ ſen. ex. nup. Preterea ſciẽdum ꝙ ſi excõmunicatus intrat eccleſiã omẽs exibũt eccleſiã ſcđm glo. xj. q. iij. ſicut apoſtoli. Sacerdos tamẽ ſi incepit miſſaʒ nõ exibit. quia nõ relinquet officiũ inexpletũ. vij. q. j. nichil. Hugo aũt notauit in. c. cũ excõmunicato ibidem. xj. q. iij. ꝙ ſacerdos remanebit cum duob⁹. Hoſt. vero ĩ ſumma. de ſen. ex. c. fi. dicit ꝙ ſi excommunicatus eijci non põt de eccleſia. ⁊ preſbyter nondum icepit canonẽ veſtes exuat ⁊ recedat Siuero incepit ꝑficiat miſſam. ⁊ ab ipſo excõicato oculos auertat. ⁊ tutius eſt vt ſtatim ſumpta cõione ſacramenti vadat ad ſacriſtiam et ibi miſſam cõpleat. de cõſe. di. ij. relatum. Concordat Hoſt. ⁊ Goffre. Dicit tamen Inno. de ſen. ex. nuper. ꝙ ſi in eccleſia eſſet excõicatus non tamẽ cã orandi. ſed pro alio ſuo negocio non videt ipſe Inno. quare in eadem eccl'ia orare non poſſẽ cũ non participo ſibi in oratione. ex quo non orat. lʒ alij ↄtradicant. Dicit etiã ſi excõicatus eſſet extra eccleſiaʒ et audiat miſſã ſtatim ſacerdos debet ceſſare ⁊ alij orãtes recedere: niſi forte incepiſſet canonem miſſe: vt dictum eſt ⁊ hoc ne relinquat officium inexpletũ. Sciat etiã excõicatus ꝙ non lʒ ſibi ingredi eccleſiã aliqua hora. Et ad hoc facit. xxv. di. c. j. poſt principiũ. xxiiij. q. iij. clericus et j. q. j. non lʒ. Niſi cã audiendi verbum dei. de ſen. ex. reſpõſio. de ↄſe. di. j. epus xxxv. q. iiij. de his ſcđm Hoſti. qui ita notauit de clerico excõmunicato. illud Unde dicit Egidius cardinalis ꝙ ſi excõmunicatus ſicut priuata ꝑſona vult dicere horas canonicas debet hoc facere extra eccleſiam ⁊ non intra ex cauſa ſupradicta quia ſeparatus eſt ab igreſſu eccleſie. Sed circa premiſſa eſt ſciendum ꝙ quia multi ex leuitate: ⁊ ex cauſis vel ſignis leuibus vitant alios tanꝗ̃ excommunicatos. ideo expedit ſcire quando q̃s eſt vitandus. Pro quo ſciẽdũ ƀm Hoſt. de ſen. ex. cũ non ab hoĩe a cõione illius qui ꝑ ſacrilega manuũ iniectione in clericũ in edictũ ſeu canonẽ excõicationis incidit. lʒ denũciatus nõ ſit debes abſtinere dũmodo ĩ iudicio ſit vel hoc ſciat. ſcʒ quia vidiſti quãdo clericũ percuſſit et publica ſup hoc laborat infamia donec ſe purgauerit ꝑ quo allegat. c. cũ deſideras. de ſen. ex. et hoc vult etiã glo. j. predicti. c. cum non ab homine. que dicit ꝙ ꝙ̃cito ſcio vnũ excõmunicatũ debeo ipſũ ſtatim vitare ꝙ̃uis non ſit denũciatus. niſi ſolus hoc ſciã. Et hoc eſt ↄtra Johannẽ fauẽtinũ ƀm Hoſt. ⁊ glo. ſupradicti. c. q̃ dicũt ꝙ excõicat⁹ nõ eſt vitand⁹ quouſqʒ denunciat⁹ ſit. qđ oĩno falſũ eſt. Denũciatio aũt nõ fit niſi ꝑpter ignorantes. ar. de iudicijs. ita quorũdã Et eũ q̃ certus eſt certiorari nõ oʒ de regulis iuris eũ qui. li. vi. deus eũ ligat in hac ſnĩa ⁊

